8
7-c
8

H - 1 - 2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
11 MF
8

Digitized by Google

XVIII B 143 f i

Digitized by Google

Digitized by Google

IANI CÆCILII
FREY, MEDICI PARIS. HELVETII NOBILISS. ET Philoſophi præſtantiſſ.

OPVSCVLA
VARIA NVSQVAM EDITA, PHILOSOPH. MEDIC. & Curioſis omnibus vtiliſſ.

quorum hæc eſt ſeries.

1. Philoſophia Druidarum.

2. Cribrum Philoſophorum.

3. Propoſitiones de Vniuerſo curioſiſſimæ.

4. Coſmographiæ Selectiora.

5. Dialectica veterũ, præceptis ad expeditam rerum notitiam vtiliſſimis inſtructa.

6. Compendium Medicinę.

Quibus adiectus eſt perutilis Titulorum & Capitum omnium Index.

PARISIIS,
Apud PETRVM DAVID, in Ponte-nouo, è regione Samaritanæ.
M. DC. XLVI.
Cum Priuilegio Regis.

NOBILISSIMO VIRO D. IOANNI MERLET SALVBERRIMÆ

Medic. Facult. Pariſienſis Decano meritiſſ.

ATQVE

TOTI CLARISS. CONSVLTISSIMOQVE MEDIC. PARIS. ORDINI.

Antonius Morand.

BIBLIOTECA ... ROMA ... EMANUELE

SI nihil ſanctius aut antiquius fuit olim Romanis, quam ſummâ beneuolentiâ, officiis, fide, periculis, & fœdere, nationes etiam diſiunctiſſimas coniungere, coniunctaſque religioſè colere, vt eâ ratione, ſibi mundum vbique, &

ā

Digitized by Google

quacumque occaſione, hoſpitalem habe-rent, nec minùs in exteris quàm in pa-ternis laribus ſubſidium & ſecuritatem inuenirent; *Eſt profectò* (viri clariſſi-mi) *cur & hodiernâ die pientiſsimi* Iani Cæcilij Frey Collegæ veſtri Heluetij Nobilis, *manes exultare debeant, qui vt princeps ingenium dum viueret ſortiti ſunt, ſic poſt eius fata, heu mor-talium generi nimiùm properata! Præ-ſens iterùm propitiũ que Nũme, nquo re-diuiui in lucem prodirent, in vobis om-nibus, inuitâ Libitinæ neceſsitate, illi poſ-ſent felix auſpicium obſeruare, & hoſpi-tium reperire tutum.* Et *reuera benè & præclarè cum his actum eſt. Si enim* Freius *mentium cæterarum vti Gen-tium Romani, victor ſemper triumpha-rit, non alibi gratiores debuit quærere Pe-nates, quam apud vos mortalium Sa-pientiſsimos, qui, quicquid vniuerſa mun-di moles ambit, nobiliſsimo eruditionis continetis dominio, qui rerum ſubluna-*

rium naturas, hominem, & cæli motus, animo capitis, vos inquam, viros vitæ inculpatiſsimę, qui ob integritatem morum, ſummam innocentiam & ſincerum animi candorem, eos tantum probatis & diligitis, non qui plurimùm gratiâ poſſunt, aut qui ciues, aut qui tribules veſtri, verùm exteros ipſos, dummodo vel omnia ſumma, virtute duce, conſequantur. Et ſi ſenſus aliquis Denatis ſupereſt, quantâ dulcedine, quanto impræſentiarum gaudio perfunduntur, quàm molliter Freij *cineres, ſanè terris charum pignus, quieſcunt, quam variis eius tumulus ilicò floribus aſſurgit quod vel ſtudium in ſe ſuamque certiſsimam progeniem, veſtrum id exiſtat, vt abſentem & agnoſcatis & comprobetis, quem vobiſcum, etiam lacrymis abeuntem proſequuti ſunt clariſsima ſæculi noſtri ſidera,* Memmius, Bailliolus, Gaianus & Barillonius, *præſidum gloria: Caſtrorum Francorum præ-*

fectus Guebriantius *Germanorum & Hiſpanorum terror & fulmen*, Baſſompiereus, Caſtilloneus, Gaſſioneus, *bellicis virtutibus inſignes viri, & quotquot* Heroas *capit Galliarũ* I*mperium, vt alienos ſileam. At maximè* Freio *veſtro pergratum perque iucundum illud eſt, quod animo, curâ & vigilibus oculis intendatis in ciuitatis Principis ciuium valetudinem, tam generosè tamque gnauâ ſedulitate, vt integros & incolumes ſeruaturi diligenter, æquiſsimis veſtris, & bonorum omnium poſtulationibus, effeceritis vt votis annuens æqui boni ſeruator conſtantiſsimus* Senatus Princeps *Pariſienſis, ſanciuerit (iuſtiſsimo poſt homines natos decreto) religioséque cauerit, ne quis vrbe totâ præter vos (quos Chriſtianiſsimi Reges in ſupremi Senatus tutelam commiſerunt) Medicinam faceret imposterùm, exterminatis agro veſtro Pariſienſi (non mediocri ciuium commodo) Medicellis*

impendiò loquacibus, qui tunc temporis frequentes aderant. Ne igitur per vos, deinceps de cælo tacti homunciones, legum ſpretarum rei, magno artis pręclariſsimę & vrbium reginæ dedecore fumos impunè diuendant, & exleges diſcurrant. Ne id fuci genus iners & ſegne, honeſti laboris impatiens, audeat amplius inuictâ ſe cute iactitare, ne ſtolidâ procacitate Sacroſanctis Magiſtratibus illudat, diſcat ſacra Themidis oracula reuereri, pennataque Diuûm tela nunquam hebeſcere. Freius *inſuper ſaluberrimi ordinis veſtri flos delibatus & aureus, per Me grates vobis agit, quod vt olim parenti, ſic hodiè (veſtra benignitas eſt) imponatis proli dignationem: at maximè quod à tectis ac mœnibus vrbis, tum Scholæ veſtræ limine, medicaſtros arcuiſtis: His enim artibus inclyta nominis veſtri fama, noto & aquilâ velocior, per vniſos terræ fines perſonabit, veſtræque virtutis opinio, quę purpurâ potior eſt, per ani-*

mos hominum peruadens; vota pleniùs nuncupabit, vt Schola veſtra omnium nobiliſsima & antiquiſsima, prȩſtantiſſimorum ingeniorum nutrix & alumna, mundioris ac purioris doctrinæ & elegantię ſedes, muſæum orbis, Muſarum & Gratiarum omnium auguſtiſsimum ſacrarium, in immenſum vigeat & floreat. Lutet. Pariſ. VI. Idus Februar. M. DC. XLVI.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

VNde amabò, (Lector Amice) ſtatum eſt claris atque grandibus ingeniis, qui cæteros animi magnitudine, gratiâ & ſucco longè multùmque ſuperant, quique diſtinctè, comptè atque modulatè res ſuas agunt, vti famoſiſſimâ ſæpius garrulorum graculorum & diobolarium homuncionum odio atque inuidiâ flagrent, & velut in ancipiti certamine cum ſparſa acies eſt, marte tam vario pugnent? verùm vnde noctua ſolem odit nimium gaudens ſilentibus & humentibus vmbris? & a quo nulla cum ſit aut eſſe poſſit iſonomia, tam horribili mentis cæcitate vexantur, vt omnia omnibus paria ac demenſa reſpondere velint? mirùm quàm effuſiſſimis habenis effusè petulans multitudo, viliſque nebulonum & analphabetorum nec literarum nec nandi peritorum plebecula, ſapientiſſimum Præceptorem noſtrum Freyum (cuius colendiſſimis manibus aliquando parentauimus) inuaſerit. Ex quo indignatus vir præclarus

aliquis & cui propter eximias animi dotes Freyus multùm tribuebat, & apud eundem conqueſtus conſultiores viros & ad benè merendum propẽſiores apertum fortunæ præbere caput, & inuido dente morderi, eorumque ſortem iniquã exulcerato ferens animo, dolorem, inquit, vir mitiſſimus & humaniſſimus hominum Freyus, & moleſtias abſterge precor amicorum dulciſſime, tibique perſuade in eadem naui eſſe qui ſapiunt pleno pectore & politioris doctrinæ promunt oracula, eamque illaudatorum homunculorum indolem eſſe quos morbus tenet maledicendi, vt humidis vocibus ſponte defluant, mala caninaque eructent verba, & conducant qui auſcultent, facundè ſæpius alios accuſent, cum intercutibus ipſi vitiis madeant. Debuccinent, deblaterent & debacchentur nil moueor, quia fixum immotúmque ſedet à virtutis & heroum latere non diſcedat inuidia; leuis etiam & importuni locutoris eſt & cerebroſi vel vitio vertere prætuliſſe me facem generoſis adoleſcentibus & viris ad virtutem bicipitemque Parnaſſum. Coaxet

& crocitet vulgus imperitum ; virtuti me totum dedidi, nomenque meum omni monimentorum genere conſecraui. Ampliſſima mihi merces eſt, & vberrima meſſis quod alienus Ego, claro tamen ſanguine genitus, Regni Francici primariis viris, bonis omnibus & præſtantiſſimo Medicorum Pariſienſium ordini gratus & acceptus, lauream & famã meruerim, apud quos nec gratia, nec ſuffragia precibus vel obſeruantia coëmuntur, aut viritim, vel hoſtiatim pecuniæ diuiduntur à candidatis ad aucupandum Apollineæ, diuinæque artis auctoramentum, cum æterna veluti lege vni virtuti generoſé fortitérque parere (vt viros fortes decet) non ambitioni turpiter ſubiici aut ſeruire didicerint. Cumque acerbiſſimum viuo videntique Freyo noſtro veré nobili ſciolorum homulorum turba magnitudine inani vaſta funus duxiſſet, & ab eo temporis momento quo præcocia fata virum nobis & bonis omnibus inuiderunt, de eius fama iterùm detrahens grunniendo vel impræſentiarùm clamoſiùs & impudentiùs audiatur, doloremque cineri atque oſſi-

bus eius invrat, detrudatur & compingatur in piſtrinum Cyllenio vindice, & in Melampygum incidat graui crimen & iniuriam ſupplicio expiatura, ſicque pœnas viro iuſtas perſoluat. Tu verò (Lector humaniſſime) cui tanti viri recordatio vel commemoratio iucunda eſt, quâ beneuolentiâ Muſarum Nobilium & manſuetiorum parentem optimum cõplexus es, eâdem charitate non degenerem licet poſthumam prolem ſinu tuo recipe, aquila columbas non gignit. quod ſi nullum in egregio corpore næuum patiaris, te ſane præterit Typographos, ea eſt æui noſtri calamitas, omni parte laborare. His adductus, iſti oneri perpetuùm impares humeros ſubduxiſſem, aut negotium in aliud tempus diffudiſſem, temerarium vel etiam periculoſum ratus, ſummo Rei noſtræ tempore, hoc eſt poſtremâ & vrente brumâ curas & quicquid ſpatii eſt partiri, adeò ſolum Medicorum Pariſienſium arduum eſt opere & in anguſtum adducuntur Baccalaurei Medici, quibus in votis eſt poſt longiſſimum biennium in Doctorum Pariſienſium cenſum referri, neſcit enim

quid mali prætericrit, qui vaſtum & ita profundum nunquam ingreſſus eſt mare, ni modeſtius mihi parendũ fuiſſet ornatiſſimis viris. Iuuit id etiam fateor, aurea colendiſſimi Præceptoris monimenta curioſis vſui fore.

Et ni penderet opus, omni ope adniſi ſunt Nobiliſſimi viri ſuaſque ſchedas omnes excuſſerunt, imprimis *D. Michael de la Vigne* quo Decano, illaudati Medicaſtri dati ſunt præcipites & forti eius oratione contriti. *D. Renatus Moreau*, *Guido Patin*, *Hugo Chasles*, *Iacobus Mentel & Petrus Bourdelot* Medici Pariſienſes celeberrimi. D. *Ioannes Gigot* apud Brayenſes Prætor primarius ad ripam Sequanæ: *Antonius de Rocbine D. de Pars* Meloduni Præſidialis curiæ ſummus iuridicus, ambo cognati & ciues mei. *D. Guillelmus Chenuot* Patronus fori Pariſini in agendis cauſis aſſiduus, cuius patrocinio, cauſâ, duos ab hinc annos, cum infamia ceciderunt Medici circunforanei & exotici omnes ad vnum, Sanctiſſimoque Patrum Senatuſconſulto, eiecti ſunt Medicorum Pariſienſium ornatiſſimo patrimonio, ſicque repudium

paſſi ſunt terræ aut Neptuni filii, quibus Nil penſi eſt dummodò blandimentis & prauis artibus, prædentur bona viuorum & mortuorum. Eiuſque frater germanus *Claudius Chenaot* Canonicus regularis Auguſtiniani ſodalitii, politioris & amœnioris literaturæ tum Poëtices amantiſſimus, qui mecum ambo Freyum audierunt, & concordes vixerunt.

Nefas eſſet præterire ſilentio clariſſimum virum *Ioannem Baleſdens* in Se-Senatu Pariſienſi & Regia Aduocatum, Reginę Regentis *Annæ Auſtriacæ* à Cōſil. & libell. ſupplic. qui quam propenſus ſit ad bene merendum de omnibus teſtantur eruditiſſima eius monimenta. Parum eſt quod actis æuum impleat, ſic enim natus eſt ad decus & laudem, vt ſit & *Seguierio* & Aulæ acceptiſſimus eiuſque oculis memoria ſancta Freianæ imaginis iugiter inhæreat.

Quid plura? voces inanes ecce fundimus, neminē licet debita laude fraudauerim; ni extemplò caſtis precibus & ſolicitatis adeamus æterni verique Numinis tēpla, qui ſecura quiete Freyum dignetur, & Nos, qui quandiu ſolem hunc intuemur,

vix à peccatis auocamur, adeò infirmi ſumus ad reſiſtendum, noſtramque vitam ad rectæ rationis regulam immenſa benignitate dirigat. Vale, Pariſ. Kal. Februar. ineuntis ann. M. DC. XLVI.

NEminem vti prætereat quam firma societate, in amicitiæ coniunctioniſque neceſſitudine deuinciuntur Freii Diſcipuli, typico prælo *Claudius Chenuot* Canonicus, curauit eum ipſũ anagrammatiſmum quem luſit olim, ſic exprimi,

Amantiſſimo Condiſcipulo
ANTONIO MORAND,
Anagrammatiſmus.
ANTONIVS MORAND
NATVS AD HONOREM.

SEu mores aliquis venuſtiores,
Seu cultus videt elegantiores,
Queis Natura decora te beauit,
Is Te, quàm citò viderit venire
D*icet tam citò* NATIONE GALLVM.
At qui Te latiâ ſubinde linguâ
Admiratur, vt audiit loquentem
Tam culto eloquij lepore, quamuis
Norit nomine Te tenus, repentè
Dicet, Te latiæ ô decus loquelæ
ROMANVM *fateare* NATIONE,

Ad celeberrimum Virum mihique familiarem *Ianum Cæcilium Frey*, Medicum Pariſ. & neotericorum Principem Philoſophum.

IN DRVIDARVM SCIENTIAM.

ἘΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚῸΝ ἘΠΟΣ.

Ergo Cacropiæ ſileat caperata ſenectæ
Porticus, & Druidas certet adire ſophos.
In ſyluas ſpretis Academia migret Athenis
Et Latium diſcat nobiliore loco.
Illic facundæ quercus, vlmique loquaces,
Illic grande aliquid robora cuncta ſonant.
Scilicet in nemorum caueis latet abdita virtus
Gallica, & agreſti puluere magna canit.
Enthea mens Druidum hic mundi miracula pandit,
Atque Sybillino Dæmone ſacra docet.
Mira loquor! Sed enim poſt longa oblivia rerum
Quis potis eſt Druidum commemorare fidem?
Hic ille eſt, veterum qui tot præclara reperta
Doctiloquo fundit pectore, Cæcilius.
Maiorum reſerat mentes, arcanáque Patrum
Syluarum ex antris intemerata trahit.
Sic donat, quæcúnque olim dedit aurea, Gallis,
Ætas, magnanimo munera digna Viro.

Ioannes Franciſcus Grandis in Supremá Galliarum Curia Conſiliarius Regius & Catholici Procuratoris Subſtitutus.

FREIVS noſter lætæ adeo indolis & mirificæ fuit, vt conſtet eum cum Muſis omnibus rationem habuiſſe. Subiiciunt clariſſimi duo Cõſiliarii Blæſenſęs Freii quondam diſcipuli omnium oculis, eiuſdem Epiſtolam, cuius autographum diligenter & ſedulò ſeruarunt in hodiernum diem, quam ex tempore, multis demirantibus, ſcripſit, & exprompſit inter accumbendum, & menſis nondum remotis, quod eſſet ei nuntiatum *Antonium Morand* Turones profecturum paucis, eumque Blæſas diuerſurũ. Sic inſcribitur.

A MESSIEVRS DE MAVVOY ET REGNAVLD à Blois.

S*Aluete ocelli amicorum* de Mauuoy & Regnauld.

Qui valetis? Satim omnia ſalua? quid Muſæ Blæſenſes? quid Paulus Blæſenſis de Palude? quid tam diuturnum vobis ſilentium? an in tanto caniculæ rum æſtu atramentum conſtrictum frigore? an vobis vox faucibus hæret? ô pigellos, ô tardulos, ô veſtri Frey *immemores, quid de vobis meritus? imo quid, nonne literas reciprocas aut ἀλυσρόφυς meritus?*

Sed heus. Pro tali tantoque otio, ſilentio, pœna hæc vobis ſancta eſto. Vti Morandum *Diſcipulum quondam noſtrum, optimo & genere, & literarum ſtudio; familiari colloquio excipiatis, & ſpectionibus vrbis veſtræ recreetis, méque literis inuiſatis. Lut. Pariſ.* 12. *Sextil.* CIↃ.IↃC.XXX.

S*aluete ocelli Amicorum à veſtro* Frey.

Digitized by Google

ANTIQVISSIMÆ GALLORVM PHILOSOPHIÆ ECLOGA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRÆFATIO.

TVrpe eſt foris quærere quod domi habeas: omnes Græcis, Latiniſque Philoſophis ſedulã nauamus operam: quid autẽ cauſæ eſt quod apud Gallos Gallorum *P*hiloſophia *neglecta iacet? ſcil. peregrina admiramur potius quam ea, quæ nobiſcum nata. Ego tamen audebo ex reliquis antiquitatis reliquiis ſparſa, in hunc quaſi faſciculum colligere,* P*hiloſophiam*

Digitized by Google

*Celticam: non vt plus cæteris ſapere vi-
dear, ſed vt maiores noſtros plus cæteris,
priuſque ſapuiſſe, oſtendam. Gratum
eſt veterum geſta Ducum nouiſſe. Spero
non ingratam heroum antiquiſſimorum
ſapientiam futuram.*

Digitized by Google

PHILOSOPHORVM ſectæ & antiquiſsima Barbarica ſubqua Gallica.

TRes ſunt vniuerſim ſectæ Philoſophorum, Barbarica, Italica, Græcanica. Barbarica eſt quæ extra Græciam aut Italiam & antiquiſſima,& cui à primo parente origo. Sethus primogenitus Adami, eam ad poſteros tranſmiſit, & cum audiuiſſet à parente mundum aquâ & igne periturum, columnas duas conſtituit vnam lateritiam, alteram lapideam, vt hæc aquis, illa igni ſupereſſet. In iis Philoſophiæ inuenta inſcripſit, quarum vna etiam poſt Chriſtum natum, in Syria ſuperfuit Ioſephi tempore. Hinc ad Chaldæos, Ægyptios, præſertim Gallos noſtros, peruenit, qui apud Orthelium & alios exſcriptores vocantur antiquiſſima gens, ideoque dicti Galli ab Hebræo gala, id eſt pluuia, vnda, quaſi tu dicas inundatos, & ab ipſo diluuio

ſtatim natos. Clemens Alexandrinus ait Philoſophiam cum prius apud alias gentes viguiſſet, poſtremùm ad Græcos perueniſſe. Inter eas gentes D. Auguſtinus Gallos refert, & Diogenes Laertius in proëmio licet malè refutet vt patebit.

Italicæ auctor Pythagoras qui eodem modo quo Galli Philoſophabatur, ſcil. Per ænigmata, ait Laertius & Iamblicus.

Græcanicæ Philoſophiæ, primi fuerunt quos nouerimus Sapientes Græciæ, qui à Philoſophis diſtinguuntur, quod hi quærant quid res ſit, ſed illi quid maxime ſit, vt eſt apud Iamblicum & Laertium v.g. quid antiquiſſimum? Deus, quia ingenitus: quid pulcherrimum? Mundus, quia à Deo factus: quid maximum? locus, quia capit omnia: quid velociſſimum? Mens, quia per vniuerſa diſcurrit: quid fortiſſimum? neceſſitas: quid ſapientiſſimum? tempus: quid ſuauiſſimum? frui &c.

Diogenes Laertius negat Philoſophiã Gallorum priorem fuiſſe Philoſophiâ Græca, 1. Nomen Philoſophia, ait, ſignificat non à Barbaris inuentam.


2. Quia inquit per ænigmata.

3. Quia Græci ſunt gens antiquiſſima.

Ad 1um. eſto, habuit quæuis natio propria ſapientum nomina, vt Gymnoſophiſtæ apud Indos, apud Perſas Magi, apud Gallos Druidæ. Deinde Philoſophia nihil aliud eſt nec ſignificat quam Druida ſiue Druis. Si enim verbum verbo reddas Druis antiquiſſimâ Celtarum linguâ nihil aliud quam fidelis, ſapiens, ſiue Dei ſapientia. Quod vt probem, notandũ eſt apud Gallos veteres ante Romanorum iugum triplicem fuiſſe linguã Celticam, Aquitanicam, Belgicam. Iam linguâ Belgicâ, veterique Germanâ Dru, ſignificat fidelem & ſapientem. Ergo Druis fidelis, ſapiens vt ante me docuit Boropius Becanus in Gallicis, & Georgius Merula in Gallia. Vel idem eſt Druis ac Dei ſapientia, quando quidem conſtet Dru Belgicâ vetere ſignificare Deum. Ergo Philoſophia eſt amor ſapientiæ & potiſſimum primæ ſapientiæ quæ Deus eſt. Ergo tantum abeſt vt Philoſophia non ſit Gallicum nomen, vt etiam ſit explicatio Gallici nominis.

Ad 2. Pythagoras, Ægyptii, Iudæi, hoc modo Philoſophantur & tamen ſunt antiquiores Græcis. Vnum ex Symbolis

Druidarum erat Pentalpha, alias vocatum calceamentum Philoſophicum, & adhuc apud Germanos apud quos poſtremum fuerunt Dryidæ Drutembus, id eſt pes Druidarum. In Gallia, ſolet hæc figura equorum oculis deffendendis aſcribi & in Germania, cunis puerorum ad Lemures & Laruas.



Ad 3. vnde habet Græcos Gallis antiquiores? Imo certum eſt Græciam & terræ motibus & diluuiis obnoxiam, vt conſtat ex diluuio Deucalionis & tot vrbibus euerſis, vtroque caret Gallia quæ nunquam tremit.

Quotuplex Philoſophia Gallorum.

Pithæus varia nomina quę antiquitas reliquit ſapientum Gallorum idem ſignificare arbitratur. Nomina autẽ tum à Græcis, tum à Latinis hæc recenſentur Bardi, Vates, Eubages, Sennothei, Sa-

ronidæ, Druidæ. Sed certum eſt errare: etenim triplex potiſſimum fuit ordo, vt ex Strabone, Cluſio, aliiſque conſtat.

Bardi, Philoſophiam quæ ad orationem pertinet colebant, ſcil. Poëticam cum Muſica & Oratoriam.

Vates, qui ſunt iidem ac Eubages, ac magi & veteri voce Sagi, erant Phyſiologi Aruſpices, Aſtrologi & Medici; hæc enim 2. pars erat Philoſophiæ.

Dryidæ iidem ſunt, ac Sennothei: vox enim Galla hoc ſonat. Ij fuerunt Theologi, Ethici, Politici legum periti & ſacrificiis Deorum præpoſiti. Theologia igitur, Iuriſprudentia & Politica. 3. fuit Philoſophiæ pars.

Quonam modo docuerint Dryidæ.

PRimò nihil vnquam ſcriptis tradebant, is erat mos Pythagoræ, Socratis, Iudæorum, & omnium Cabaliſtarum: non enim putabant eſſe fas ſua myſteria literis tradere, ait Iulius Cæſar. Hic mos per Cabalam, id eſt per receptionem & traditionem, etiam Ariſtoteli probatus. Is enim ait ad Alexandrum, neminem ſua ſcripta intellecturum, niſi do-

Digitized by Google

centem audierit. Rationes Druidarum ſunt apud Cæſarẽ & alios. 1. eſt ne doctrina euulgata contemnatur. 2. ne Dryidarum diſcipuli libris potius, quam memoriæ fidant. 3. quia literæ, & doctrinæ literis conſignatæ ſunt, veluti pulcherrima pictura, à qua ſi aliquid petas, non reſpondet, & in varios poteſt doctrina ſenſus detorqueri.

2. Docebant clàm & in ſpecubus, in abditis locis, in ſaltibus, & remotis lucis, lociſque ſubterraneis. Vnde & noſtra Collegia & Monaſteria primitùs in remotiſſimis locis ædificata initium habẽt. Vnde non ſunt fabulæ quæ apud Gallos iam circumferuntur, *des Fees*. Nam erant etiã Druidæ fœminæ quæ eandem diſciplinam profitebantur, & quemadmodum ruſtici Gallorum, vt tum fertilia fuiſſe loca ob has Druidas, ita antiqui omnes exiſtimauerunt fœcunditatem agris conciliari propterea quod nouerint ſecreta naturæ. Nam & apud Ciceronem talia profitentur Druidæ. Et certe multa ſunt veſtigia harum, vt ſic dicam Fearum, vel potius Dryadum. Diuione, nec longè ab vrbe Firgelienſi, *le Four aux Fees*. Aliquid

ſimile eſt,& fortaſſe illud hypogeum prope Pariſios in monte Martyrum ſpecus talis fuit &c. Clàm autẽ docebant: ſic enim omnium Gentium ſacra docebantur. Ideoque non eſt mirum quod pauca Druidicæ Philoſophiæ ſuperſint.

3. Docebant Philoſophiam 20. annis nobiliſſimos tantum gentis: nam ſumma erat auctoritas vitæ necíſque, belli paciſque apud Druidas. Ne igitur literæ in viles animas ſparſæ vileſcerent, nobiliſſimos tantum admiſerunt, quemadmodum Rex Perſarum nemo eſſet populi, qui non antea magorum ſcientiam recepiſſet, etiam Ariſtoteles 20. annos auditor fuit Platonis.

4. Omnem Philoſophiam aliquot millibus verſuum docebant, quia enim verſus eſt oratio, ait Ariſtoteles, finita, ideoque facilius retinetur. Omnis Philoſophia ſiue Græca, ſiue Latina verſibus conſtabat, vt conſtat ex ſcriptis Parmenidis, Meliſſi, Heſiodi &c. & cum Pherecydes 1. ſoluta oratione eam tradiderit, morbo pediculari periit. Carolus Magnus Barbara, inquit Seginardus, & antiquiſſima talia Druidum componebat.

In ſacrificiis & omni Medicina viſcum adhibuere Druidæ.

VIſcum & quercum in qua gignitur ſacratiſſima habuerunt, nec ſine fraude hac ſacra fecerunt, & omnia ſanantem vocauerunt. Fœcunditatem cuiuis animali dari ſi inde bibat,& contra omnia venena valere crediderunt. Ideoque dilectam Deo arborem vocauerunt: nec ſine cauſa: nam inter noſtras arbores tum viua,tum mortua diutiſſimè durat quercus. Et apud Theophraſtum 12.genera diuerſa fructuum profert,vt illic eſt legere. Et ſingulare eſt viſcum querneum contra Epilepſiam, ſeu comitialem morbum, remedium. Voluerunt aliqui admirandã huius frondis generationẽ referre in excrementa auium. Sed Scaliger nugas vocat: quin potius quaſi vitali exeremento arboris viſcum pronaſcitur. Non igitur ſine cauſa tanti hanc fecerunt frondem.

De Selagine & Samolo Dryidarum.

SElago eſt herba ſimilis heibæ Sabinæ, quam Druidæ legebãt, ſine ferro furtim. Et ferebãt in mappa noua hanc contra omnem perniciem habendã, & cõtra omnia oculorum vitia prodeſſe tradiderunt Druidæ. Ibidẽ Samolum herbam nominauere naſcentem in humidis & hanc ſiniſtrâ manu legendam à ieiunis contra omnes morbos pecudum. Fateor mihi ignotas eſſe has herbas: nec enim de his quidquam apud Græcos, aut Latinos fide dignum reperi: hanc tamen rem narrat Plinius. Aliqui arbitrantur Samolum eſſe pulſatillam.

Druidæ immortalitatem animæ & metempſycoſim & reſurrectionem quare docent.

DOcent 1° immortales eſſe animas: non enim tanti eſſe virtutes fortitudinem, liberalitatem, iuſtitiam, vt eas colamus ſi animæ non ſint immortales, nec poſſe ſperni à fortibus viris mor-

tem, metumque mortis ſi mortales ſint animæ. In hoc vnum habuerunt incitamẽtum vt humana omnia ſpernerent & in ſecreta loca recederent, contemplaturi ſpe, vt eſt apud auctores melioris, vitæ, & ob hanc cauſam, mori nunquam timuerunt, vel pro patriâ vel pro ſapientiâ.

Ob hanc immortalitatem ſumma erat liberalitas & iuſtitia, namque exactio crediti deferebatur ad inferos: & vetus mos Gallorum fuit, vt mutuas darent pecunias aliis, eâ tamen conditione vt in altera vitâ redderentur, vt eſt apud Val. Max.

Secundo, Tradiderunt eſſe ſtatum animæ noſtræ antequam reſurgat apud inferos, ſed non certum eſt apud Auctores an, reſurrectionem in eodem corpore crediderint, an vero, vt Iul. Cæſar tradit, per metempſycoſim. Sed vtrumque coniungendum eſt ſcil. immortales eſſe animas & reſurrectionem futuram ſiue in eodem, ſiue in diuerſo corpore.

Colendum eſſe Deum & quo nomine coluerint quibuſque victimis.

COlendum eſſe Deum ideò tradiderunt quod omnem ab eo rerum diuinationem eſſe ſtatuerent, nec minus eſſe regale diuinare, quam ſapere. Docuerunt placandum Deum victimâ humanâ, ſiue reorum ſiue hoſtium captiuorum: quia vero raiò deerant nocentes, aut captiui, ideò rarò innocentes immolarunt. Rationes habemus apud auctores, 1. eſt quod pro vitâ hominis niſi vita hominis reddatur non poſſit Dei numen placari. Non malè alluſum eſt ad diuina myſteria: nam melius eſt hominem vnum mori pro populo, vt eſt in ſacris literis. Ita neſcio vnde hanc opinionem fuerint edocti humanum genus vitâ hominis eſſe redimendum. 2. Cauſa eſt optimam & opimam Deo opt. hoſtiā eſſe offerēdam: nihil autē homine magis opimum meliuſque poſſe offerri: rectè, ſi recto ſenſu intellexiſſent. Non tantum Dryides viri, ſed Druidæ virgines ſacrificiis iſtis præerant & cultui numinis, ſic

enim eſt apud Melam. Britannici maris eſt oraculum inſigne Gallici numinis, cuius Antiſtes perpetua, virginitate ſanctæ, nouem numero ſunt. Galli vocant has Senas, putantque ingeniis ſingularibus præditas ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt. Ideoq; Senæ quaſi ſanæ & ſanitatum præſides dictæ fuerunt. Hinc aliud habemus Fearum noſtrarum argumentum.

Druidæ tradunt quod Dis 1. ipſorum parens fuerit, hinc omnes Gallos pronatos à Dite arbitrantur. Hic Dis, nihil aliud eſt quam antiquo nomine *Dieu*, & Italis Dio, Hiſpanis Dios. Sed verum & antiquũ nomen eſt Theut, vnde Romani dixerunt eſſe Theutonẽ, ſeu Theutodem, ſeu Ditem. Idem autem eſt ac Mercurius, Apollo, & Minerua Romanorum. Hunc Deum viarum, artium, mercium & medicinæ parentem venerabãtur. Quod autem ſe deſcẽdiſſe ab hoc Deo crediderint, argumentum eſt quod omnes Galli ad Rhenum adhuc ſe vocent Theud, & Heluetii, Galli ſe cognatos Ditis vocant eſt enim hel infernus, vet cognatus.

Ob hanc cauſam ſpatia temporum non

numero dierum, ſed noctium definiunt & nox ducit diem, ſiue dies ſubſequitur noctem. Itaque adhuc pro hodie, dicitur *annuict*, & apud Gallos Rhenanos, feſti dies à noctibus appellantur, rectiſſimè: Nam ante mundum creatum erant tenebræ meræ, ſiue creato cœlo & terrâ erāt tenebræ ſuper faciem abyſſi. Ideoque dicitur in ſacra ſcriptura factus eſt veſperè & mane dies vnus ſcil. creato cœlo & terra erat nox. Poſtea mane facto erat lux. Hanc conſuetudinem Druidarum adhuc Eccleſia obſeruat.

Iſte idem Deus nomine Mytre colebatur, vt conſtat ex ſepulchro Cyndonactis. Quod repertum fuit Diuionis in ſuburbanis ante annos *26*.

Idem Deus, vt conſtat ex Scaligero, patria lingua vocabatur Belenus, vt eſt apud Auſonium, & variante dialecto, Abellio, vt eſt in antiquis monumentis. Item Tibilene, vt eſt apud Tertullianum. Eius verò Miniſtros & Æditos vocabant Pateras atque phæbiſſios.

Alium Deum nomine Heſum qui patria, lingua ſic vocabatur, id eſt Martem bellorum & victoriæ præſidem colebant:

nec abſque ratione crediderim, illius fuiſſe imaginem & ſtatuam quam in Monaſterio D. Germani Pratenſis ante centum adhuc annos fuiſſe refert religioſus eiuſdem Monaſterii in antiquitatibus Pariſinis nomine Iſis. Apud Gallos prope Rhenum eodem nomine adhuc vocatur in nomine quo proferunt diem Martis. Hoc autem Druidæ docuerunt, vt Mars poſſet hæres inſtitui, vt ait Vlpianus tit. qui hæredes inſtitui poſſint, ſcil. vt credibile eſt ea animi fuere deuotione, vt Deo non tantum animam & corpus, ſed & bona accepta referrent.

3. Ipſis cultus Deus Tarabes fuit, ſiue Iupiter tonans, quem Imperatorem cœli vocauerunt à tonando, vt adhuc apud Gallos Rhenanos vox reliqua eſt.

Tres igitur hi Dii, vel potius vnus fuit vt nō male docet Cluſius. Nam prout in cœlis admiranda efficit, prout in aere & terra, alio atq; alio nomine vocatus fuit, ita vt ſymbolū aliquod Trinitatis agnoſcas. Vocauerūt autem Deos Lyſios, id eſt Liberatores, præſertim in ſepulchris, quod animam à corpore liberaſſent. Ita vocari teſtatur idem ſepulchrū Cyndonactis.

Aſtrologia

Aſtrologia Druidarum.

PRimò fuerunt Genethliaci propterea quod dies natales ſumma cum cura obſeruarent, non alia de ratione quam communi Aſtrologorum mirificam cœlorum eſſe in recens natum fœtum, tum virtutem, tum lumen, &c.

2. Initium anni & omnium menſium, non vt alii faciunt à ſignis cœleſtibus, nec prima Luna, ſed à ſexta Luna ſumpſerunt. Cuius rei ratio apud auctores non exſtat, nec ego coniecturâ aſſequi poſſum.

3. Dedicabant ratione Aſtronomica vrbes, & quod mirandum eſt, vt conſtat ex Gregorio Turonenſi vrbem Pariſinam, quæ vt ipſemet refert, quamdiu ſigna Aſtronomica Pariſiis manſerunt nullum fuit Pariſiis incendium, nulli glires, nulli ſerpentes. Sic enim ait de Lutetia, hanc vrbem conſecretam fuiſſe antiquitùs, vt non ibi incendium præualeret, non ſerpens, non glis appareret: nuper autem ait cum cuniculus,

pontis emundaretur ſerpentemgliremque æreum repererunt, quibus ablatis & reiectis & glires ibi deinceps extra numerum, & ſerpentes apparuerunt, & poſtea incendia perferre cœpit.

Ex quibus certum eſt Druidas conſtruxiſſe Aſtrologicè, figuras Mathematicas, quas ſolent vocare Arabes & Mathematici alii Taliſmannos, vt videre eſt apud Scaligerum filium variis epiſtolis. Similis Taliſmannus, vt apud eundem eſt, ciuitatem Hamptz conſeruauit. Illic enim nec ſerpens, nec ſcorpio fuit, & ſi illati fuiſſent in vrbem, ſubito extinguebantur, quia enim in turre erat figura Scorpionis ſigno illo horoſcopante, ſeu medium cæli tenente, extructa. De his figuris Mathematicis Ptolomæus in centiloquio. Ficinus in vita cœlitus acquirenda, vbi ait ex ſigillo ſcorpionis Taliſmannice facto, eumquem ſcorpius læſiſſet ſubitam, fuiſſe curam &c. Ibidem contra peſtem Taliſmannum extruit: Quæ diſputantur inter Cardanum & Scaligerum aliquid ne virtutis habeant. Nobis hic ſat eſt oſtendiſſe Druidas affirmantem ſequutos partem.

Druidarum Politica.

DRuidibus præeſt vnus qui ſummam inter eos habet auctoritatẽ, quo mortuo, ſi plures ſint pares dignitate, ſuffragiis eligitur alius: hic vocabatur Archegus Iereωn, id eſt Princeps Sacerdotum, talis fuit Cyndonax, vt ipſius in ſepulchro apparet adhuc Diuione. Sine tali principe nihil licebat Regibus Gallorum antiquiſſimis facere, aut conſulere. Ita vt ſapientia gubernaret Regem, Rex vero auctoritate & fortitudine cęteros. Pulcherrima ſane hæc fuit Gallorum Ariſtocratia, ex ſapientia fortitudine & iuſtitia conſtans.

Moralis Philoſophia Druidarum.

STrabo refert cum aliis, Druidas potiſſimum de moribus diſputaſſe, quę examinanda ſunt.

De Iuſtitia Druidum ſumma apud omnes erat opinio, ideoque omnia publicata priuataque iudicia, ipſis fuerunt commiſſa: & hoc eſt quod Plato exop-

tabat remp beatam fore,ſi ſapientes imperarent. Itaque apud Diogenem, Laertium docent Druidæ nihil penitus faciendum mali, ſi quod bonum facinus à quibuſcunque tandem perpetratum fuiſſet, præmia ſtatuerunt, & ſi quod malum, pœnas. Hæc enim erat iuſtitia diſtributiua, vt bona bonis, mala malis, decernerent. Hodie mala quidem puniunt, ſed illaudata manet virtus,& quamuis ſibi ſit pulcherrima merces, laudata tamen creſcit. Itaque apud Athenæum Bardi comitabantur duces, & milites, vt egregia ipſorum facta, prœmii loco recenſerent: Contra quam fieri ſolet, vt ea quæ tantum auditione accepimus, ſcribamus. Pœna autem grauiſſima erat ſacrificiis interdicere, & quibus ſic fuit interdictum, hi impii habebantur, eoſque omnes velut contagione infectos, fugiebant: nec honos, necius vllum, illis habebatur. Præterea vt eſt apud Stobæum, grauius animaduerterunt in eum qui peregrinum, quam qui ciuem occidiſſet; huic enim exilium, illi mors pœna erat.

Temperantiam, & modeſtiam ſum-

me coluerunt: Ita vt docerent abſtinẽdum eſſe vino, vt eſt apud Auſonium: ex his autem colligitur, quod ſtatuæ Druidum fuerint repertæ Patrum memoriâ, vt refert Conradus, Celtes, & alii hoc ſchemate: erant nudis pedibus, nudo capite, pallio tamen, & bardo cucullo, & penula depicti, barba ad inguina promiſſa & bifurcata, in manibus erat; liber, & baculus Diogenicus, ſeuero, triſti, & demiſſo vultu.

In publicis & priuatis fermè omnibus rebus, literis Græcis vtebantur: & hic fuit mos omnium Philoſophorum, & Gentium, vt præter communes literas, & linguam, ſecretiora traderent, aliis literis aliâque linguâ. Ægyptii habuerunt ſua Hieroglyphica; Epheſii ſuas ſacras literas, quarum ſeptem ſuperſunt, & collectæ à nobis: quibus generationem omnium rerum, prodiderunt. Sic & Galli Druidæ non patrio, ſed alio ſermone ſua occultauerunt myſteria: non quod vt inepte alii putant, lingua Græca paterna fuerit Druidum.

Collegia Pythagorica literis extruxerunt; Pythagoras autem extra vrbes

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

antrum Muſarum, quod ipſius collegium erat, inhabitauit.

Principes habuerunt conuictores, præſertim ſi aliquid diuinaturi forent.

Principes, non pueros admiſerunt, ſed conſtantes. Docuerunt, idem eſſe ius in coniuges, ac in ſeruas: vt ex Ariſtotele, & Cæſare, conſtat: Ignari fortè imperii coniugalis, & ciuilis.

Liberos non admiſerunt in conſpectum, niſi doctrina iam imbutos aliquâ, aut militiæ aptos.

Recens natos liberos, vt Ariſtoteles refert, & alii, nudos flumini immerſerunt: cuius ratio hęc eſt, quod ſtatim à pueritia frigori aſſueſcere plurimùm ad ſanitatem, & ad res bellicas vtile ſit. Sic Ariſtoteles. 2. eſt apud Galenum, quemadmodum ferrum candens in frigidam immerſum aquam induratur: Ita de naturæ vigore, periculum faciebant: ſimulque corpus ipſum roborabant. 3. ratio eſt apud Iulianum imperat. vt ſcuto impoſitos infantes ſpurii, ne eſſent an legitimi, explorarent. Quos enim vnda abſumpſiſſet, eos ſpurios iudicabant. Qui vero aquis non immer-

gerentur: Illi legitimi exiſtimabantur.

Phyſica Dryidum.

HOc tenuerunt 1. paradoxum: mundum eſſe aut interitus expertem, aut viciſſim iàm aqua, iam igne periturum, quę res valdè & Philoſophiæ noſtræ, & ipſius Theologiæ conformis eſt.

Quod Plinius refert, ad magiam Druidum quā ad potius natura reuocari debet: Nam Dryidæ in ſacrificiis faciendis, herbiſque legendis, ſiniſtram manum dextræ prętulerunt, ſiue in Selagine herba, ſiue in ſamolo herba, legenda: nam certum eſt ſiniſtram manum non tantum magice ſed naturaliter præſtare: nam illi qui podagra laborant, aut chiragra poſtremo omomnium vt plurimum ſiniſtra manu, & ſiniſtrę manus digito annulari tentantur eo morbo: cum autē digitus ille ſiniſtræ manus intumeſcere incipit, eoque morbo laborare, & nodoſus fieri, de podagricorum vita, actum eſt: vt elegantiores medici docuerunt. Cauſa

enim eſt arteriæ ductus à corde: cuius motum in parturientibus, in laſſis, & in morbis pectoris, obſeruare licet manifeſtè. Ideoque in ſimilibus morbis ſiniſtræ manus digito annulari, Leuinus Lemnius aurum, & crocum, adhibet.

Ingenio obeſitatem plurimum obeſſe iidem Druidæ docuerunt; Ideoque ne obeſi fierent, neue prominentem ventrem haberent, operam dederunt. Si quis adoleſcens cingulo præſcripto, menſuram excederet, eum mulctarunt.

An magiæ, an rerum naturæ adſcribendum ſit: quod Druidæ docuerunt, de ouo ſerpentino, ſiue anguino, mihi nondum conſtat. Docuerunt autem vbi obſeruare potuerunt, cum in ſyluis & antris perpetuò habitarent, plurimos angues conuolutos ſaliuis faucium, corporumque ſpumis, generare ouum anguinum cuius experimentum eſt. Si contra aquas fluitet, etiamſi auro ſit vinctum. Tale ouum vidit Plinius, & habuit aliud eques Romanus modici corui magnitudine cruſtâ cartilagineâ. Hoc tamen certum eſt inſignia Druidarum fuiſſe tale ouum, & ad victorias

plurimum valere ſunt arbitrati. Hic anguium complexus, & ouipara concordia, cauſa eſt quare 1. Caduceum Mercurii in pacis argumentis circumdatâ effigie anguium fecerint.

Nouus aliquis homo, pueris erudiendis 1. ſcholam ſpeculis ornatam Druidas habuiſſe, docet. Mihi ex nulla authoris fide digni relatione hoc conſtat.

Diuinationem per ſortes, per auium garritum, & volatum, adhibuerunt: nobis, quia plurima vana ſunt, nondum conſtat, qua ratione, vana à veris ſeparari poſſunt. Exemplum tamen Deiotari Gallorum in Aſia regis referendum, qui cum ex itinere rediiſſet, aquilæ admonitus volatu conclaue, illud in quo erat manſurus ſi non perrexiſſet, proximâ nocte corruit: & certè non eſſe vana omninò auguria aut diuinationē ex animalibus, conſtat ex ciconiis domum ruituram deſerentibus, conſtat ex apeculis vrbem obruendam montibus quòd deſeruerint ante paucos annos in Rhetia Gallorum fœderata, &c.

Diuitiacus Hæduorum Princeps, Druida fuit, ſicut & Cyndonax, apud

Burgundos, & inepto argumento creditur nomen Græcum. Ea, euan, terminatio in ax, in plurimis antiquorum Gallorum nominibus eſt.

Mechanica.

COloſſi ſunt moles ſtatuarum inſtar turrium. Inter orbis miracula Coloſſus Apollinis Rhodii numeratur, 70. pedum altus, cuius pollicem vix aliquis potuiſſet complecti. Sed nihil coloſſus iſte comparatus coloſſo quem Gallus aruernus fecit 10. annis, altum 400. pedes, immani precio: Itaque ſubductione facta ad coloſſum Rhodii, ſex homines ſimul non potuiſſent complecti pollicem.

Statuas præterea vimineas ingentis altitudinis fecerunt: non vt adorarent, ſed vt hoſtibus implerent: id eſt captiuis, & vt accenderent, quibus accenſis, homines incluſi, fumo perirent.

Miſcellanea.

INitium annorum, & menſium ſexta dies Lunæ fuit, propterea quòd credibile ſit, non ignaros fuiſſe Gallos,

Digitized by Google

Iudaicæ doctrinæ : eſt autem homo creatus ſexta die, ſiue ſexta Luna.

Falluntur qui putant alia templa antiquitùs (loquor de 1. Druidis) quàm lucos habuiſſe. Falluntur pariter, qui putant fuiſſe Idolorum cultores, nam de Gallis & Germanis ad Rhenum, ita authores. Non cohibent parietibus Deos, nec in vllam humanioris ſpeciem aſſimilant. Ex magnitudine Cœleſtium Lucos, & nemora conſecrant. Deorum nominibus appellant ſecretum illud quod ſola reuerentia videtur. Certum quidē eſt habuiſſe poſterioribus ſeculis Mercurii ſimulachra: Sed hæc à Græcis Maſſilienſibus , & Romanis tyrannis habuerunt. Senones luco tanquam templo conſecrato, eam habuerunt reuerentiam, vt nemo niſi legatus ingrederetur : tanquam minor , & poteſtatem numinis præſe ferens, ſi forte prolapſus fuerit , attolli haud licitum , ſed repebat, aut illic Deus colebatur : nulla tamen ſimulachra , nullum peregrinæ ſuperſtitionis veſtigium aderat. Refert ideo Epiphanius Druidas in Galliæ meditullio in Carnutum finibus Vir-

gini parituræ ſacrificaſſe, eamque co-luiſſe Tholoſates, communis fama refert. Et certe Magi ex ſtella Deum natum nouerunt, & multæ Sybillæ Virginem prędixerunt. Ipſimet Germani templum tanſang habuerunt, quod hodiernâ adhuc linguâ ſignificat, principium. Itaque principium rerum omnium coluerunt.

Cæterum authores fide digni, referunt & Pythagoram, & Numam Pompilium Druidarum fuiſſe diſcipulos: Ideòque Philoſophia Pythagorica à Druidibus repetenda.

FINIS.

Exſcribebat 12. kal. quintil. an. 1625. in Colleg. Becod. Ioannes Gigot Donomarenſis.

CRIBRVM

PHILOSOPHORVM QVI ARISTOTELEM ſuperiore & hac ætate oppugnarunt.

PRÆFATIO.

*M*Ens mihi eſt præcipuorum auctorum præcipua dogmata Ariſtotelicis oppoſita, & in hunc veluti faſciculum collecta* Dia*lecticæ veritatis cribro excutere.* Fue*runt ſummi duces huius pugnæ* Campanella*,* Patricius*,* Verulamio*,* Teleſius*,* Chaſſinus*,* Petrus Ramus*, & nuper Senatui habitus* Vilis Villo*nius : qui dum auent nubere , nubem*

ſterilem & fumis plenam amplexãtur. Et tamen, quot turbas in Academiis & cœtibus, literatorum, aliorumque excitarunt & excitant adhuc: dum luxuriantis ingenij exultantia propagant germina. Nos vero qui diuinæ humanæque ſapientiæ parentem Ariſtotelem tuemur, Bardi & Blenni vocamur, & velut Catuli olent fortunę reuertẽtis læta exempla: Nos vero dura geſtamus pectora pedarij Senatores, ſed vos Germani Muſarum alumni, accipite Sinones aut potius Simones, & crimine ab vno aut paucis diſcite omnes.

CAPVT PRIMVM.

Petrus Ramus categorias Ariſtotelis falſas, ineptas, & inutiles clamans, Cribratur.

ARiſtoteles decem rerum ſuprema genera ſeu categorias 1. Log. lib. docuit ſcil. ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, actionem, paſſionem, quando, vbi, ſitum, habere. Ratio eſt quiſquis de aliqua re differit neceſſario ex his velut locis communibus differit. Verus enim iſte eſt vulgo Philoſophoiũ ignotus categoriarum vſus, vt ſi de homine aliquid ſit dicendum appoſitè ad veritatem, ſubſtantiam hominis, qualitates humani generis, magnitudinem gigantum, cæteraque ordine prædicamentorum recenſebimus.

Petrus Ramus lib. 4. Scholarum Dialecticarum docet has Categ. eſſe falſas, inanes, & ineptas. Ideoque de-

cem alias Categ. ibidem,& lib. 1. Dialect. de ſubſtituit hoc ordine: Cauſas, facta, ſubiecta, adiuncta, diſſentanea, comparata, nomina, diuiſionem, definitionem, teſtes. Ex his enim omnia probari & improbari ita perſuaſit, vt hodie magna pars Doctorum, præſertim in Germania Ariſtotelem contemnant & Ramum publicitùs legant in Dialecticis.

Errat 1. Ariſtoteles res diuidit non nomina, cur igitur vna categoria eſt nominum.

2. De nomine non diſputant Philoſophi, ſed eius ſignificationes ſupponunt, ne diſputatio ſit de æquiuocis.

3. Teſtimonia ſunt extra rem; Philoſophi vero non tam quid de re dicatur, quam quid res ſit conſiderant.

4. Definitio & diuiſio, præterquam quod non ſint, res ſimplices, in quouis prædicamento fiunt diuidendo genus in differẽtias, & ſpecies: & colligẽdo genus & differentiã, definitio fiet.

5. Diſſentanea & comparata nomine relatorum continentur.

6. Subiecta nihil aliud ſunt quam ſubſtantiæ

ſubſtantiæ in quibus accidentia repe-riuntur.

7. Facta, nihil aliud ſunt quam actio & paſſio.

8. Adiuncta, nihil aliud ſunt quam cæ-tera accidentia, ſcil. quantitas, vbi, quando, ſitum, & habere.

9. Ariſtoteles cauſas internas docet dũ genus & differentiam materiam & for-mam cuiuſquam rei docet.

CAPVT II.

Campanella Cœlum & Elementa aſtruens ſentire & eſſe animalia, excutitur.

ARiſtoteles animalia tantum ſen-tire docet. Inter alias rationes hæc eſt, lætitia & triſtitia, quæ perpetui ſunt ſenſuum comites: Lætitia certò colligitur ex dilatatione ſpirituum, dolor ex contractione eorumdem.

Campanella 1. de ſenſu rerum, cœlum & elementa ſentire docet, & in mundo eſſe cætera animalia velut vermes in-tra ventrem corporis humani. probat.

Nemo dat quod non habet, ſiue conueniens fit à conuenienti, ſiue ſimile à ſimili ex 7. Metaph. & conſtat quia frigus nunquam calorem producit &c. ſed cauſæ animalium ſententiũ ſunt mundus, cœlum, & elementa, & dant eſſe animalibus; ergo mundus, elementa, cœlum omnia ſentiunt, adeoque ſunt animalia.

Errat 1. inter argumentandum, nam hinc ſequitur pari iure Deum cum ſit cauſa animaliũ eſſe animal: reſponderi poſſet ab Ariſtotele dictum fuiſſe Deum eſſe animal: ſed errat imperitia linguæ Græcæ, non enim ſcripſit Ariſtoteles Deum eſſe ζῶον, id eſt anima, ſed Græcè ζῶν, id eſt viuens.

2. Elementa non dant eſſe ſentiens, ſed tantum eſſe materiale & corporeum non autem formale & ſentiens.

3. Nemo dat quod non habet: diſtinguo actu & formaliter nego, virtute & eminenter concedo: cicuta etiamſi plurimum calefiat nihilominus tamen frigori virtuali occidit.

4. Ariſtoteles 1. de generatione textu 30. Simile generatur à ſimili, vel homo-

geneo, id eſt, ſimili in genere, vel idea, id eſt, ſimili in ſpecie: ſic accidens propria virtute non generat ſubſtantiam, nec ſubſtantia niſi per facultates generat accidentia, quia ſunt diuerſorum generum,

5. Simile fit à ſimili: eiuſdem naturæ nego, ſed vel æquiuocè, vel intentionaliter concedo: vt homo generat in ſpeculo ſimilem hominem, non in natura, ſed ſecundum eſſe repreſentatiuum: ſic quantitas licet non generet aliam quãtitatem, generat tamen intentionalem in ſpeculo.

6. Ex Ariſtotele 7. Metaph. textu 28. generans tale eſt, quale quod generatur. Concedo in naturali generatione, & nunquam ceſſatura, vt cum equus generat equum: in generatione præter naturam nego, vt cum ex aſino fit mulus, nihilominus etiam hic eſt ſimilitudo, nam iumentum generat iumentum.

7. Conueniens fit à conuenienti: id eſt non quodlibet fit ex quolibet: non tamen neceſſe eſt, vt omnibus modis ſint ſimilia.

8. Generans eſt ſimile actu, id eſt,

quemadmodum generatum eſt actu, ita quod generat actu & realiter, eſt.

9. Falſum eſt in qualitatibus, licet enim calor generet calorem, attamen quædam qualitates occultæ non oriuntur ex qualitatibus primis, ſed ex forma mixtionis.

10. Materia tantum abeſt, vt debeat eſſe ſimilis in ſpecie, vt etiam requiratur diſpoſitio diuerſa in re generanda.

11. Vel eſt ſimile in indiuiduo, vel ſpecie, vel genere: ſi duo priora dicat Campanella, ergo elementa ſunt aſini: ſi poſterius nihil ad rem eſt. Probat autem res omnes ſentire: ſentire nihil aliud eſt quam pati, vt cum ſentio frigus, fio frigidus; Atqui (inquit) res omnes hoc modo poſſunt pati: ergo omnia ſentiunt: & tamen poſtea idem ait, nos multa pati quæ nōn ſentimus, vt dormientes, pulicum morſus; ergo ſibi contradicit: Deinde ait ad omnem ſenſum requiri diſcurſum, & tamen poſtea ait plantis denegari diſcurſum: quomodo ergo ſentiunt: vera igitur eſt ſententia Ariſtotelis, animalia tantum ſentire.

CAPVT III.

In quo Petrus Gaſſendus innumera, falſiſſima, & impia Ariſtotelem protuliſſe docens, cribratur.

AIt Gaſſendus, falſum eſſe quod Ariſtoteles docuerit accidens tantantum prædicari ſecundum nomen non vero ſecundum rationem ſeu definitionem, nam inquit, vt nix alba dicitur, ita etiam diſgregatiua viſus dicitur, quæ eſt definitio albi.

Errat. Nam certum eſt definitionem accidentis non eſſe definitionem ſubſtantiæ, nec ad ſubſtantiam vllo modo pertinere, ſed ſuperiora in genere ſubſtantiæ prædicantur de inferioribus ſecundum rationem, ſeu definitionem: quia definitio V.G. animalis eſt definitio hominis ſiue pertinet ad eius definitionem,

Gaſſendus ait falli Ariſtotelem quod dixerit ſubalterna eſſe oppoſita, nam inquit cum vnum aliud contineat quo-

modo ſunt oppoſita? Vt omnis homo eſt mal, aliquis homo eſt animal, quomodo repugnant.

Errat, quia non intellexit eſſe aliquam oppoſitionem in quantitate, quis enim dubitat vniuerſalem & particularem quantitatem eſſe oppoſitam? Deinde nullum eſt argumentum: Vnum in alio continetur, ergo non ſunt oppoſita, nam actus continetur in potentia, forma in materia, accidens in ſubſtantia, ergo non ſunt oppoſita negatur.

Ait Gaſſendus falſum & abſurdum eſſe quod Ariſtoteles dicat priuationem eſſe principium.

Errat, nam cum natura nihil faciat, niſi ex materia, vt conſtat, illa materia vel eſt apta, vel inepta, ſi eſt inepta ergo non eſt materia: vt ſi ex Diabolo excitandus eſſet ignis, quia Diabolus ineptus eſt, vt ex eo fiat ignis, ideo nõ eſt materia ignis: ſi vero materia ſit apta, vel habet id quod generari debet, & ſic nihil generabitur, ſi enim in ligno eſt ignis non generatur ignis: ſi vero apta eſt & non habet, ergo materia priuata eſt.

Ait Gaſſendus falſum & impiũ eſſe quod Ariſtoteles docet ex nihilo nihil fieri.

Errat, nam etiam diuinitus ex nihilo nihil fit diſtinguendo, nam ex abſolutè, id eſt ex nihilo impoſſibili Deus non poteſt aliquid facere: V.G. ex homine irrationali facere aliquid non poteſt, quia impoſſibile eſt, vt homo ſit irrationalis.

Ait Gaſſendus dialecticam Ariſtotelis nihil ad rem facere. Nam inquit quomodo probabit Ariſtoteles hanc V.G. quæſtionem vtrum concubinæ ſuæ immolarit? nec enim inquit hoc per prædicata probari poteſt.

Errat, 1. Quia Ariſtoteles non docet ſingularia.

2. Hoc debet probari aut improbari per actionem, per vbi, per quando, &c.

Ait Gaſſendus falſum eſſe contraria non fieri ex contrariis, nam inquit album & nigrum ſunt contraria, & tamen fiunt ex calido, frigido, humido, ſicco quæ ſunt contraria.

Errat, Ariſtoteles enim docet contraria in concreto ex ſe fieri: non autem in abſtracto, vt nigrum fit ex albo, ſed nigredo non fit ex albedine, nec enim nigredo fit albedo: Deinde album & nigrum non fiunt ex ſibi contrariis,

nec enim calor & frigus ſunt contraria albedini & nigredini.

Ait Gaſſendus falſum eſſe quod Ariſtoteles docuit, non eſſe numerum quo non ſit maior, ſed eſſe magnitudinem quâ non ſit maior V. G. magnitudinem mundi: ait itaque, nõne poſſumus mũdo concipere maiorem molem? annè potuiſſet Deus maiorem mundum creare?

Errat, nam Ariſtoteles loquitur de quantitate quę eſt, nulla autem eſt maior quantitas quantitate mundi, & quia in quantitate non datur pars minima quæ non ſit adhuc diuiſibilis in infinitum, vt omnes Mathematici docent; Ideo dixit rectè non eſſe numerum quo non poſſit dari maior.

Ait Gaſſendus Ariſtotelem ignarum Geographiæ non mereri, vt refellatur quandoquidem dixerit Danubium fluuium Germaniæ oriri ex Pyrenæis montibus.

Errat, nam ante ipſum Herodotus id ſcripſit. Et Freygius Germanus Ariſtotelem recte tuetur hoc modo. Opinionem inquit Ariſtotelis confirmant nomina quæ ſunt in montibus Danubii ſcil. Bur,

Brugen, Bregen, hinc enim oritur Danubius. Itaque facilis eſt in nominibus Græcis ad hæc nomina Germanica alluſio.

Ait Gaſſendus falſum eſſe quod Ariſtoteles dixerit in altis montibus non naſci grandinem, niuem &c. quia ſcil. in Alpibus altiſſimis, in Pyrenæis &c. naſcuntur.

Errat, nam Alexander Aphrodiſienſis in Olympo docet non naſci, & Ioſephus Acoſta in montibus inter Panama & Nomedios altiſſimis, nihil horum naſci tradidit.

CAPVT IV.

Petrus Pomponatius & Campanella aſtruẽtes verbis ineſſe vim Magicam in abſentes, concutiuntur.

CAmpanella lib. 4. de ſenſu rerum, & vniuerſi cap. 18. ita ait. Ego ſanatus ſum à morbo cuiuſdam mulieris verbis. Deinde ſubiungit, haud dubiè credendum eſt vires ineſſe verbis & cæ-

remoniis, & voces plerumque affectione & cæremonia prolatas plurimos parere effectus, etiam in abſentes, vt ſi quis imaginem ſimilem efficeret, eamque vel vreret, vel perfoderet abſens aliquid ſimile pateretur, dummodo certa fuiſſent verba prolata: toto cap. ſimilia habet.

Iſta ſunt contra omnes Peripateticos Ariſtoteles enim 8. Phyſic. & lib. de generatione contactum requirit, & docet non dari actionem in diſtans.

Reſpondet Campanella aerem verba iſta ſentire & cognoſcere, & aerem ſic affectum poſſe abſentes dummodo ſint diſpoſiti, eodem modo afficere. Adiungit hoc rarò fieri, tamen & ſe precibus ad Deum fuſis ne à dæmone deciperetur hoc ſæpius ſæpiuſque fuiſſe expertum.

Refutatur 1. figuræ non habent vim actiuam, verba autem ſiue ſcripta, ſiue dicta nihil aliud ſunt quam variæ figuræ, & varii modi motuum.

2. Si aër hoc cognoſcit quare potius ad hunc hominem abſentem quam ad alium pergit, & ſimili affectu afficit.

3. Iam dictum eſt aerem non ſentire, &

eſto ſentiat, quanam ratione ſentiens aer & verbis commotus poteſt admirabiles in abſentibus excitare affectus & effectus, nec enim ſi ſentio is qui mihi contiguus eſt idem ſentit.

4. Deficit paulatim vt ipſemet ait motus in aere, quomodo ergo ad abſentem hoc deferri poteſt.

5. Non ergo requiritur vlla propinquitas, ſed in quouis loco, & in quauis diſtantia, talis effectus fieri poteſt.

Pomponatius lib. de cauſis admirandorum, idem ait verba mirabiles effectus producere licet per accidens. Sed iiſdem rationibus refutatur.

CAPVT V.

Campanella in prodromo nouæ ſuæ Philoſophiæ reijcitur.

ARiſtoteles ait locum eſſe ſuperficiem corporis continentis &c.

Campanella ait, locum eſſe ſuperficiem, idem eſt dicere ac hominem eſſe aſinum; non enim inquit eiuſdem ge-

neris ſpecies definit aliam diſparatam, ſed ſuperficies & locus ſecundum Ariſtotelem ſunt ſpecies quantitatis ſeparatæ, ergo &c.

Reſpondeo Campanellam non legiſſe Ariſtotelem in Phyſic. Illic enim docet locum more antiquorum neutiquã eſſe interuallum trinum. In logicis vero ait eſſe ſpeciem quantitatis poſito quod locus ſit tale interuallum, quod examinare non erat logici inſtituti.

Campanella ait ibidem hoc me præfatum arbitrari locum eſſe extra mundum, & forte infinitum ſic ratio dictat, & imaginatio gaudet, & Theologi quibus ſemper obediam: nec Ariſtotelis rationes quidquam probant.

Errat & contra rationẽ, & contra Theologos: Si enim verũ, quicquid creatum eſt mundo contineri. Iam vero extra mundum locus ille, vel creatus eſt, & hoc eſt falſum, vel non eſt creatus, & ſic vel eſt Deus vel nihil. Si nihil, quomodo eſt locus: ſi Deus, quomodo Deus ſui ipſius eſt locus. Contra rationem, quia nullum eſt actu infinitum corpus, aut quantitas, vt ipſemet etiam fatetur.

Campanella ibidem ait, Ariſtoteles nihil prorſus ſciuit de coloribus, quia inquit terra eſt nigerrima.

Errat, cum enim terra ſit ſicciſſima alba eſt, etenim terreſtia omnia albeſcunt vt cineres, ſaxa, dentes, calx, arenæ exuſtæ, terra autem aut per adiunctum liquorem ſeu humorem aqueum eſt nigra, vt experientia conſtat.

Ibidem ait terram eſſe frigidiſſimam.

Seipſum refutat nam paulopoſt ait, vbi eſt color, ibi eſt calor, ſed in terra eſt color niger, vt ipſe ait. Ergo ibi eſt calor quomodo ergo terra eſt frigidiſſima.

Ibidem ait falſum eſſe non poſſe aliquid eſſe ſubſtantiam vni & accidens alteri, nobis enim inquit veſtis eſt accidens ſibi ſubſtantia.

Errat, nam vel ſumit veſtem materialiter pro lana, & ſic ſemper eſt ſubſtantia, vel ſumit pro figura, & ſic veſtis ſemper eſt accidens; Deinde confundit ſubſtantiam, & eſſentiam: aliquid enim eſſentia eſt vni, accidens alteri, vt color eſt eſſentia albedinis, accidens hominis.

Ibidem ait in eodem prodromo formas non latere, in materiæ ſinu, ſed om-

neſ eſſe portiones cauſarum agentium.

Errat, nam omne finitum ablatione finiti conſumitur. Iam ignis excitando alium ignem minor fieri debet, ſi ignis facti forma, eſſet portio ignis facientis, quod tamen falſum eſt: Deinde calor nõ ita intenſus eſſe deberet poſtquam aliquem calefeciſſet. Quod ſi obijciant manum quæ aliam frigidam calefacit frigeſieri ergo aliquid amittere caloris. Reſpondeo non quia amittit calorem, ſed quia omne agens agendo repatitur.

CAPVT VI.

In quo Bernardinus *Teleſius & Franciſcus Patricius aſſerentes aquam eſſe calidam excutiuntur.*

HÆc ſunt ipſorum argumenta. Nix eſt ſpecies quædam aquæ fertiles facit agros æquè bene ac fimus: Deinde animalia non poſſunt niſi ex humido, calido naſci in quibus vita conſiſtit, naſcuntur autem vermiculi, & alia animalcula ex niuibus. Ergo nix adeoque aqua, eſt calida humida.

Refutantur, nam aeris humiditas potiſſimum cauſa eſt fertilitatis, vt conſtat ex lacte, ſanguine &c. Sed in niuibus plurimum eſt incluſi aeris, qui natura ſua humidus & calidus eſt: Præterea in niuibus eſt aliquid viſcoſum & terreſtræ: Deinde per antiperiſtaſin conſeruat calorem terrę & impedit nix quominus halitus fertiliores exhalent.

Aliud argumentum habent. A quę naſcuntur in aere calidiori potius quam frigidiori, & ab agente potius calido V. G. pluuię in æſtate: Item naſcuntur ex vaporibus vt fumis calidis: ergo calida eſt aqua, cuius materia, locus, & efficiens, calida ſunt.

Refutantur nam vapores quidem extrinſecus ſunt calidi, ſed quandiu manent calidi, non conuertuntur in aquam: efficiens vero calidum aquas efficit per antiperiſtaſin, qua ratione aer calidus æſtate fontes frigidos efficit.

Quod ſi dicamus nos ſentire aquam frigidam, ergo eſſe frigidam: reſpondent comparate nos ſentire frigidam, quia enim ſit minus calida, vel eſſe frigidam propter ambientem aerem.

Digitized by Google

Sed reſpondeo non poſſe fieri ab aere, quandoquidem fontes aere calidiſſimo frigidi appareant: Deinde conſtat noſtrum ſanguinem, noſque ipſos calidiores eſſe aquâ mediocriter tepefactâ: ergo aquam tepidam, frigidam ſentire debemus.

Si ipſis obiiciatur ab aqua extingui ignem & calorem, ergo eſt frigida; negant conſequentiam, & dicunt etiam aqua tepida iniecta feruenti calorem aliquo modo tollit & temperat, nec enim ſequitur eſſe frigidam; imo feruentiſſima aqua extinguit ignem, nec enim eſt frigida. Reſpondeo non tam propter frigus quam propter humorem aqua extinguit ignem.

Aliud argumentum habent, aqua calefacta fit tennuior & magis humectat: ſed frigore correpta in glaciem conuertitur. Ergo calor eſt amicus aquæ, inimicum autem frigus.

Reſpondeo quemadmodũ aqua nimis denſata vertitur in glaciem, ita nimis tenuis in aerem, aut ignem: Deinde non fit glacies quod aqua ſit magis frigida, ſed frigus externum nimis condenſat, imo aqua

aqua, ita calefacta & tenuis, facilius in glaciem conuertitur.

Aliud argumentum habent: calida omnia ſunt alba, aqua eſt alba, ergo aqua eſt calida.

Tum maior, tum minor falſa eſt, conſtat enim ignem puriorem potius cæruleo apparere colore: deinde multa calida nigra ſunt.

Aliud proponunt: dulcedo prouenit à calore. Sed ſunt aquæ dulces.

Reſpondeo proprie non eſſe dulcedinem, ſed aqua vocatur dulcis, quod non ſit ſalſa & amara.

Aliud: tot animalia in aquis viuunt, ergò ſunt calida.

Reſpondeo nullum elementum purum eſt, deinde mouentur aquæ ideo calefacere poſſunt, vel non mouentur, & ideo putrefieri poſſunt, atque adeo animalia hac ratione ex aquis calidis per accidens naſcuntur, in iiſque viuunt.

Franciſcus de Verulamio Anglus contraria Ariſtoteli aſſerens de longæuitate & breuitate vitæ hominum, reÿcitur.

FRanciſcus Verulamius in hiſtoria vitæ & mortis, titulo de longæuitate vitæ, hæc habet.

1. Regionibus frigidioribus & hyperboreis diutius homines viuunt quam calidioribus, quod neceſſe fieri (ait) cum cutis ſit magis aſtricta & ſicci corporis, minus diſſipabiles, ſint ſpiritus & ipſi minùs acres ad conſumendum, & aer minus prædatorius.

2. Ait citiùs aut ſeriùs calueſcere, eſt res indifferens, aut etiam fallax ad longæuitatem vitæ, aut breuitatẽ aſtruendam.

3. Ait pro Analogiâ corporis, caput minutius longæuitatem vitæ prænunciat.

4. Palma minus lineis exarata eſt ſignum longæuitatis.

5. Qui libere viuunt, vt edaces & epulones, & qui liberaliore menſa vtuntur ſunt longæuiores, & affert exemplum

alicuius angli centenarii ſenis, qui cum à iudice interrogaretur quid agens tandiu vixerit. Reſpōdit edendo antequam eſurirem & potando antequam ſitirem.

6. Ait vitam Philoſophicam magis contemplationibus occupatam non obeſſe vitæ longæuitati.

Hæc omnia contraria ſunt Ariſtoteli in hiſtoria animalium, in problematibus & libello de vitæ longitudine.

Sic ergo Philoſophatur quæ in calidis ſunt regionibus, ſunt longioris vitæ, quam quæ in frigidis, & plantæ magis viuaces ſunt vt palma & cupreſſus, magis ſanguinea animalia, quam exanguia pedeſtria, quam aquatilia: maiora potius quam minora; mares potius quam fœminæ; & qui capite ſunt maiore quam minore; & quorum manus lineis duabus aut tribus ſunt diſtinctæ per totam volam; & qui minus excrementitii ſunt, & qui minùs ſalaces, tardiúſque caluеſcunt, item qui minus laborioſam degunt vitam.

Ratio horum omnium eſt, vita humana & aliorum viuentiū, conſiſtit in calido & humido; mors autem in frigido & ſicco vt conſtat: humidum ergo tale eſſe

debet, vt facile exſiccari nō poſſit. Ideoq; debet eſſe pingue, adeoque dulce & aëreum, pingue enim & dulce minus putreſcit, & ob hanc cauſam aquatilia non tamdiu viuunt, quia habent humidum aqueum quod facile poteſt congelari, & exſiccari: item humidum hoc debet eſſe multum, paucum enim exſiccatur facile. Ideoque cętera animalia cęteris paribus, diutius viuunt, vt elephas 200. annos, ita & plantæ maiores vt palma: humidum hoc debet eſſe calidum ne facile congeletur & ex ſiccetur, Ideo homo maioribus quibuſdam animalibus diutiùs viuit quia plus habet humidi calidi: hoc humidum non debet eſſe excrementum, excrementa enim debilitant: Hinc quæ multum habent ſeminis multum generant, & ſalacia ſunt, non tamdiu viuunt; hinc mulus diutius viuit quam equus & aſinus iunctim, viuit enim 80. annos: hinc paſſeres maſcùli non tamdiu viuunt vt femellæ, quia ſunt ſalaciores.

Et quia labores exſiccant. Ideo laborioſi non tam diu viuunt.

In calidis regionibus quia plus habent humidi calidique cœleſtis diutius viuunt

vt conſtat ex peregrinationibus. Deinde quia animantia eadem in locis calidioribus maiora proueniunt, vt ſerpentes &c. In frigidis autem quia humidum & aqueum, talia animalia minora proueniunt, & vix aliqua inſecta & exanguia: Caput verò magnum, plus caloris ſignificat, hinc ſuperiora petit. Manus autem articulatæ & lineis diſtinctæ maiorem vim formatricem indicant.

Ergo refutatur 1. quia illic eſt aqueum humidum.

2. Caluefcere, ſignificat ſiccitatem caleſcere putredine.

3. Caput paruum, indigentiam caloris.

4. Debiliorem virtutem formatricem, ſignificat manus non diſtincta.

5. Edaces & bibones, ſunt excrementitii.

6. Vita talium hominum eſt laborioſa.

CAPVT VIII.

Teleſius & Campanella aſſerentes bruta eſſe animalia rationalia, cribrantur.

RAtiocinationis eſt vti ũ hoc an illud agendum ſit conſiderare, ſed animalia hoc faciunt & præſtantiſſima eligunt, eorum opera ſummâ induſtriâ & arte fiunt, prudentiam quandam habent vt apes, & formicæ pro benefactoribus pugnant, & ea diſcunt ſubinde, quæ nemo hominum diſcere poſſet; imò elephanti verſus dicuntur componere; obiurgatus canis aut punitus correctioni & diſciplinæ ſe permittit; ergo animalia ſunt rationalia.

1. Non poſſunt diſcere fidem vllam aut Religionem.

2. Eſto agant quod illi agunt qui ratione vtuntur, ſed rationem quare agant neſciunt: nec enim plura dandum eſt brutis quam infantibus, infantes autem licet agant aliquid rationi conueniens, rationem tamen neſciunt.

3. Homines eandem rem diuerſis modis efficiunt, ſed belluæ ſemper eodem modo, & quemadmodum omnis lapis eodem modo deſcendit. Ita & bruta eiuſdem ſpeciei ſemper eodem modo agunt quod manifeſtiſſimum ſignum eſt ea non deliberare, ſed ſolo inſtinctu naturali agere.

CAPVT IX.

Petrus Ramus & Laurentius Valla improbantes diuiſionem ſubſtantiarum veltilantur.

PОrphyrius & Ariſtoteles ſub corpore contineri animal, ſub animali angelum rationalem & immortalem docent.

Refutant illi, quod angeli nec ſint animalia nec rationalia, deinde ſi rationale & immortale conſtituit angelum, rationale & mortale, conſtituit hominem: item irrationale & mortale, conſtituit brutum, quare inquiunt irrationale immortale omiſerunt.

Errant, 1. Ratiocinari non ſemper eſt diſcurrere, ſed dari rationem rei, angeli autem cum rationes rerum perfectiſſimè nouerint merito vocantur rationales, quod dixerint eſſe animalia, nos quidem admittimus Angelos non eſſe animalia. Sed nulla demùm ratio eſt quæ conuincat Angelos non eſſe animalia: ſimile dicendum eſt cum obiiciunt Ariſtotelem impium fuiſſe quod mundum ab æterno ſtatuerit; licèt nos credamus mundum non eſſe ab æterno, nullæ tamen rationes ſunt, quæ probabiliùs aſſerant mundum non fuiſſe ab æterno quam fuiſſe.

2. Libenter fatemur dari poſſe vel fortaſſe eſſe aliquod irrationale immortale animal, nec enim immortalitas neceſſario iuncta eſt rationali, quale fortaſſe veteres cogitarũt Charybdim, Scyllam, & fortaſſe genus aliquod Dæmonum; & quid cœlum animatum eſſe irrationale & immortale?

CAPVT X.

Teleſius contradictionis arguens Ariſtotelem quod cœlum dixerit eſſe animal, reÿcitur.

ARiſtoteles ait animam requirere corpus organicum & diſſimulare: ſed conſtat cœlum eſſe ſimilare ergo non eſt animatum: & tamen Ariſtoteles ait, in libris de cœlo cœlum eſſe animatum, ergo contradicit. Vulgares Philoſophi dicunt cœlum eſſe animatum animâ aſſiſtente quia mouetur ab Angelo: ſed hoc nihil eſt, nam quoduis corpus quod ab Angelo moueri poteſt, animatum diceretur: Ergo verè animatum eſt, non quidem anima rationali, non vegetante aut ſentiente, ſed animâ mouente, ait enim Ariſtoteles anima eſt principium quo viuimus ſentimus &c. mouemur: non quod omnis anima omnium harum actionum ſit principium, ſed quod ſit principium alicuius operationis: cœli autem anima principiũ eſt motus localis perpetui. 2. Organicum corpus præcipuè ex certa

figurâ colligitur, inde etiam oſſa animata eſſe coniicimus, quia certam figuram habent: cœlum autem habet perfectiſſimam figuram.

CAPVT XI.

Teleſius, Villonius ignem eſſe humidiſsimum & terram leuiorem aquà, cribrantur.

HVmidum eſt Ariſtoteli, quod facile alieno termino terminatur non facile ſuo; ignis talis eſt: ergo humidus.

Errant, 1. quia facile debet intelligi naturaliter, ignis autem licet poſſit terminari citò, non tamen naturaliter quia concluſus vel rumpit vel extinguitur.

2. Suum habet terminum ſeu figuram pyramidalem.

3. Dicunt, humidum eſt quod facile cedit, ſed hoc eſt falſum, quia id potius eſt molle.

Terram eſſe leuiorem aquâ ſic probant, cum eſſe debeat ſicciſſima ſeparetur omnis humiditas, quo facto terra erit leuior quam aqua.

Errant, nam cum terra ſicciſſima facta non magis cohæreat quam cineres, habet plurimos poros aëre plenos, condenſetur. Igitur terra quemadmodum aqua dēſata eſt, quo facto terra in eadem quātitate pluſ ponderabit quam aqua, vt certiſſimum eſt.

CAPVT XII.

Patricius, Gaſſendus & Campanella de infinito, de vacuo, de ideis, de lineis, de Galaxia contra Ariſtotelem ſentientes, reijciuntur.

ARiſtoteles ait, infinitum eſt extrà quod ſemper eſt aliud accipere.
Dicunt ipſi ineptiſſimum eſſe extra infinitum aliud accipi poſſe, quod ad definitionem infiniti ſpectet.

Errant, nam ſic intelligitur, infinitum eſt in quo quicquid aſſignaueris aliud adhuc accipiendum reſtat ſiue infinitum eſt in eſſentia, in quo quicquid eſſentiæ aſſignaueris adhuc aliud aſſignandum reſtat. Item infinitum in quantitate eſt

in quo ptopter entitatem aſſignatam alia adhuc aliaque in infinitum accipienda reſtant. Vnde & Craſſotus, & alii errant cum dicunt Ariſtotelem negaſſe poſſe dari infinitum, & tamen cum animas immortales fecerit, & mundum ab æterno, ſequi Ariſtotelem admiſiſſe infinitum: hoc enim falſiſſimum eſt, nam præter numerum animarum (poſito quod numerus fuiſſet ab æterno) creatarum adhuc aliæ creandæ reſtant: ergo numerus animarum non eſſet infinitus, quia propter creatas animas nullæ aliæ forent.

Ariſtoteles ait tantum eſſe duplicem lineam ideoque tantum duplicem motum ſimplicem, ſcil. circularem & rectum.

Dicunt ipſi dari motum tranſuerſalem ideoque & lineam.

Errant, nam motus ille & illa linea compoſita eſt, iam enim accedit ad centrum, iam recedit: ergo non eſt motus aut linea ſimplex.

Ariſtoteles vocat ideas Platonis nugamenta.

Ipſi dicant non aliter poſſe rerum ge-

nerationem conſeruari niſi per ideas quia enim tandem deficeret rerum generatio, niſi idea immortalis res produceret.

Errant turpiter. Nam idea hæc, eſt infinita & hoc falſum eſt, quia infinitum dari nequit præter Deum: vel eſt finita, & ſic vel rebus dat eſſe per participationem, & hoc modo tandem exhaurireturvel daret tantum eſſe ſecundum communicationem quemadmodũ ignis generat ignem, nihil dando de ſuo & ſic quæuis forma æquè benè poteſt, ſe communicare ac poteſt idea.

Ariſtoteles ait Galaxiam eſſe meteorum.

Omnes hodie obiiciunt Galaxiam eſſe ſtellas ſicut veriſſimum eſt: ergo non eſt meteorum.

Errant, nam licet Galaxia ſit ſtellarum numerus, nihilominùs meteorum eſt quatenus colores apparentes meteora ſunt, quemadmodum color iridis & nubium. Ita color albicans, & quaſi continuus Galaxiæ meteorum eſt.

Ariſtoteles ait non poſſe dari vacuum.

Campanella obiicit poſſe dari vacuum

in quo propter entitatem aſſignatam alia adhuc aliaque in infinitum accipienda reſtant. Vnde & Craſſotus, & alii errant cum dicunt Ariſtotelem negaſſe poſſe dari infinitum, & tamen cum animas immortales fecerit, & mundum ab æterno, ſequi Ariſtotelem admiſiſſe infinitum: hoc enim falſiſſimum eſt, nam præter numerum animarum (poſito quod numerus fuiſſet ab æterno) creatarum adhuc aliæ creandæ reſtant: ergo numerus animarum non eſſet infinitus, quia propter creatas animas nullæ aliæ forent.

Ariſtoteles ait tantum eſſe duplicem lineam ideoque tantum duplicem motum ſimplicem, ſcil. circularem & rectum.

Dicunt ipſi dari motum tranſuerſalem ideoqne & lineam.

Errant, nam motus ille & illa linea compoſita eſt, iam enim accedit ad centrum, iam recedit: ergo non eſt motus aut linea ſimplex.

Ariſtoteles vocat ideas Platonis nugamenta.

Ipſi dicant non aliter poſſe rerum ge-

nerationem conſeruari niſi per ideas quia enim tandem deficeret rerum generatio, niſi idea immortalis res produceret.

Errant turpiter. Nam idea hæc, eſt infinita & hoc falſum eſt, quia infinitum dari nequit præter Deum: vel eſt finita, & ſic vel rebus dat eſſe per participationem, & hoc modo tandem exhaurire tur vel daret tantum eſſe ſecundum communicationem quemadmodū ignis generat ignem, nihil dando de ſuo & ſic quæuis forma æquè benè poteſt, ſe communicare ac poteſt idea.

Ariſtoteles ait Galaxiam eſſe meteorum.

Omnes hodie obiiciunt Galaxiam eſſe ſtellas ſicut veriſſimum eſt: ergo non eſt meteorum.

Errant, nam licet Galaxia ſit ſtellarum numerus, nihilominùs meteorum eſt quatenus colores apparentes meteora ſunt, quemadmodum color iridis & nubium. Ita color albicans, & quaſi continuus Galaxiæ meteorum eſt.

Ariſtoteles ait non poſſe dari vacuum.

Campanella obiicit poſſe dari vacuum

violenter; profert exemplum ſimile, ſit vaſculum plenum melle & bene obturatum, fiat inferius foramen, mel exibit, ergo dabitur vacuum: verum quidem eſt dicunt, aqua non exiret, nec vinum, mel tamen effluet, ergo datur violenter vacuum.

Errant, nam licèt mel exeat non tamen eſt vacuum quia quantum mellis exit tantùm in vaſculo mel rarefit, ideóque non ſequitur dari vacuum.

Ait Campanella capillos noſtri corporis ſentire, & ſignum huius rei adfert quando capilli admouentur, igni valde ſe contorquent & conuoluuntur quia valde patiuntur.

Errat, nam cum admouentur igni, ideo contorquentur, quia humiditas omnis & pinguedo aufertur: pinguedinis autem & humiditatis eſt dilatare.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Superiores Auctores & Medici de ſemine fœminino contra Ariſtotelem reijciuntur.

ARiſtoteles docuit fœmininum non eſſe ſperma.

Obiiciunt, habent eadem vaſa interna & ſpermatica, dulcedinem percipiunt in emiſſione, in anatomia liquor ille in teſtibus ipſarum reperitur, & cum ſperma ſit excrementum ſanguinis vtile, cur potius in viris quam in fœminis reperitur.

Scio, hodie & Philoſophi & Medici Ariſtotelem ignorantiæ, aut erroris accuſant.

Errant, 1. non eſt ſufficiens argumentum de teſtibus, nam & viri habent mammas, ergo lac, negatur: deinde eſt ſemen ſed non viuificum; Ita enim ſe res habet in mulieribus, vt ſe habet in fœminino aliorum animalium ſexu: oua autem gallinarum &c. abſque maſculo ſemine vitalia non ſunt, ideóque analogicè ſemen eſt fœmininum: vitale enim

& non vitale non poſſunt in vniuocâ ratione conuenire: nec mirùm eſt non eſſe illud excrementum vitale ob caloris defectum aut propter materiæ exuperantiam; tandem in puerulis ſunt partes ſpermaticæ ſicut & in ſenibus capularibus, ergò eſt ſemen, negatur.

CAPVT XIV.

Iidem auctores Philoſophi de ſpeciebus, de infinito, de internallo, de ſummo terræ frigore, reÿciuntur.

DIcunt Ariſtotelem erraſſe quod dixerit à rebus obiectis emitti ſpecies ſeu imagines in oculos. Nam dicunt res ſunt ſtupidæ, ergò non agunt. Sunt ſine imaginatione ergo imagines non producunt.

Reſpondeo, experientia contrarium docet: dent enim rationem cur in oculis & in ſpeculo appareat rei viſę imago: Deinde certum eſt omnem rem poſſe ſibi ſimilem facere vel realiter, vel intentionaliter.

Dicunt

Dicunt Ariſtotelem ineptum eſſe quod dixerit in aliqua linea V.G. in baculo nec eſſe primam nec vltimam partem cum experientia contrarium docet.

Errant, vt enim in circulo iam facto nulla pars aſſignari poteſt quæ ſit prima, quæ ſit vltima: ita in quacumque linea dici poteſt nullam eſſe rationem quare vna potius ſit prima quam alia &c. ſed mens Ariſtotelis & mathematicorum hæc eſt: id eſt non primũ quo poteſt dari prius, nec poſtremum quo poteſt dari poſterius, ſed quacunque parte aſſignatâ poteſt prior aut poſterior aſſignari quandoquidem vt caro ex carnibus, ita quantitas ex quantitatibus componatur.

Prædicamenti auctores cum antiquis aiunt locum eſſe interuallum.

Errant, nam cũ Ariſtotele ſic argumentor tollatur omne penitus corpus, & quicquid tandem reale cogitari poteſt, quo poſito, vel illud interuallum erit aliquid vel non, ſi dicas eſſe, eſt contra hypotheſim, poſuimus enim omne reale fuiſſe ablatum, ſi verò illud interuallum nihil eſt, quomodo locus eſt.

Aſſignant iidem auctores ſummum frigus terræ; quia inquiunt aqua cum ſit frigidior eſt glacies, quomodo aqua frigidiſſimâ frigidior fieri poſſet.

Errant non enim aqua fit frigidior ſed denſior quando glaciatur, denſitas autem non eſt ſignum maioris frigoris, etenim & ignis condenſatur, nec ideò minus calidus. Deinde non eſt, opus vt ſit frigidiſſima ſemper, ſed cum periculum eſt ne intereat hoc modo per antiperiſtaſim ſine dubio aqua eſt frigidior quam ſit ordinariè.

Iidem auctores dicant aerem & aquam non eſſe elementa quia enim non poteſt aqua generare aquam nec aër aërem.

Errant, primò quia aqua frigore ſuo imò & terra poteſt condenſare aërem ideoque conuertere in aquam: pariter aër poteſt rarefacere aquam ſuo calore ideoque conuertere in aërem: ſecundò non ſequitur, litera non generat literam ergò non eſt elementum orationis: Ita eſto, aër non generat aërem ergo non eſt elementũ non ſequitur. Quod iidem dicunt Ariſtotelem erraſſe quod dixerit aquam decuplo eſſe maiorem terra: di-

ſtinguo, primò non dixit quoad vniuerſam molem ſed quoad raritatem quia aqua decuplo rarior eſt ipſa terra: Secundò ſi aquæ quæ intra terram ſunt ſimul cum aquis pluuiis, & fluuiis ſumantur, vnde iſte noſtri reformatores nouerunt non plus eſſe aquæ quam ſit terræ?

CAPVT XV.

Patricius & Gaſſendus impiam & falſam omnem de Deo doctrinam Ariſtotelicam aſſerentes, Cribrantur.

PAtricius lib. 1. diſcuſſionum Peripateticarum: Gaſſendus exercitatione. 3. contra Ariſtotelem hæc proferunt nulla eſt inquiunt penitùs ratio cur tot ſæcula, tot nationes, tot ſcholæ præſertim Chriſtianorum doctrinam Ariſtotelis ſequantur.

Nam, 1. dicunt nec fuit Iudæus nec Chriſtianus. Ariſtoteles, ergo de diuinis veritatem Theologicam non potuit docere.

Errat vterque, imo impius eſt vterque, nam Paulus Apoſtolus docet Philoſophos Deum cognouiſſe, ergò potiſſimum princeps, Philoſophorũ eum cognouit. Deinde quid ad rem fuerit ne Iudæus an Chriſtianus? non enim veritatem reuelatam credimus ſed naturalem quæ nulli religioni addicta eſt. 3. nemo Chriſtianus aut Iudæus rectiorem adhuc attulit demonſtrationem Deum exiſtere quam Ariſtoteles ex illo axiomate: probat quicquid mouetur, ab alio mouetur. &c. Suares improbat Ariſtotelis demonſtrationẽ & ait eam vim habituram ſi Ariſtoteles dixiſſet quicquid eſt vel à ſe vel ab alio eſt. Sed ineptus eſt nam Ariſtoteles intelligit per id quicquid mouetur, &c. quicquid fit generatur; creatur, &c. quod veriſſimum eſt. 4. Ariſtoteles vnum eſſe Deum docuit, 12. Metaph. cum ait vnus Dominus rex vnicus eſt, loquendo de Deo; 5. Sibyllæ nec Chriſtianæ nec Iudææ fuerunt & tamen pulcherrima de Deo Chriſto protulerunt, vt conſtat ex ſanctis patribus.

2. Inquiunt hi auctores dæmone auctore incœpit Philoſophari iuſſu enim pythiæ à

dæmone obſeſſæ: quomodo igitur veritatem de Deo rebuſque diuinis docere potuiſſet.

Errant 1. vnus hoc dixit Philoponus ita vt Patricius hoſtis licet Ariſtotelis eam vitam quæ adſcribitur philopono Ariſtotelis ne Philoſopho quidem eſſe dignam aſſerat: deinde oraculo fuit monitus. 3. eſto à dæmone fuiſſe monitus, quaſi vero dæmones ſæpiſſimè veritem non dicant? In Euangelio dæmones fatentur Chriſtum eſſe filium Dei & Iudicem: Magi Ægyptiorum veros fecerunt ſerpentes per dæmones, cur non & dæmones vera dicant? & tot ſunt oracula dæmonum de Deo veriſſima, cur igitur non poſſet dæmon ad Philoſophandum incitare? prætereà Ariſtoteles fuit laborioſiſſimus teſte Patricio, quid ergo opus fuit dæmone? tandem magnis viris ſemper fuit hoc obiectum imò ipſimet Chriſto Domino, quod dæmonem haberet: & quis neſcit Socratis dæmonem & tamen Socrates pro defenſione veri Dei mortuus eſt.

3. Accuſant quod Ariſtoteles Deum nec coluerit nec curauerit, imo quod Her-

miæ pœana tanquam Apollini cecinerit quod Pythiadæ vxori tanquam Deæ ſacrificauerit.

Errant nam, 1. Top. ait Ariſtoteles ſi quis diſputare vellet Deum non eſſe colendum aut honorandum eum verberibus eſſe caſtigandum: Item, 1. Moral. Deum ait non eſſe laudandum quia nimis hoc parum ſit, ſed eſſe tanquam 1. principium honorandum. Ibidem ait Deum eſſe auctorẽ fœlicitatis &c. 1. Metaph. ait Deum non eſſe inuidum certũ eſt quod Hermiam laudauerit & ſtatuam erexerit vxori: ſed fuerunt Sycophantę vt ipſemet Patricius fatetur, qui falsò accuſarunt impietatis.

4. Dicunt. Ariſtoteles dixit Deum eſſe animal.

Errant, quia ſuprà dixi apud græcos non eſſe legendum animal ſiue ζῶον ſed eſſe legendum viuẽs ſeu ζῶν. Deinde Ariſtoteles in Metaph. eos irridet qui Deum humanâ formâ repreſentant & 8. phyſ. Deum docet eſſe indiuiſibilem.

5. Irrident Ariſtotelem quod Deum ſuperficie cœlorum alligarit.

Errant, Ariſtoteles enim in libro de

cœlo ait potius Deum eſſe in circulo æquinoctiali propter admirandum motum quam alibi: & nos, cum dicimus Pater noſter qui es in cœlis non diffitemur Deum eſſe alibi: Deinde Ariſtoteles ait ibidem eſſe beatiſſimam mentem extra & ſupra cœlum, nihil poteſt magis dici accommodum Theologiæ Chriſtianæ aſſerenti Deum eſſe etiam in ſpatiis imaginariis extra mundum.

6. Dicunt Ariſtotelem impietatem docuiſſe, dum Deum pati & neceſſitatis legibus ſubditum docuit.

Errant, nihil enim aliud ex interpretum mente Ariſtoteles docuit quam immutabilitatem Dei & non reuocabile verbum, id enim quod ſemel Deus factus eſt, factum eſt, non quod non aliter diſponere potuiſſet, ſed quod ſemel decreuit, inuiolabile eſt.

Iidem aſſerunt Ariſtotelem impia docuiſſe cum Deo negat adeſſe rerum noſtrarum & præſertim deſpectarum curam.

Fortaſsè hoc docuit Ariſtoteles ſed nec Plato, nec Socrates, nec Epicurei, nec **Stoici ab hac culpa ſunt liberi: docuit**

enim Plato in Deo non eſſe ideas rerum vilium & abiectarum: imo D. Hieronymus aliquid ſimile in epiſt. aſſerit dum ait Deum non tantum curare ea animal cula quorum magis corpora quam nomina nouimus.

Nihilominus errant, nam Ariſtoteles ait Deum eſſe Monarcham huius mundi: ergo earum rerum quarum monarcha eſt, notitiam habet aut habere deberet: cur autem non haberet? Ariſtoteles deinde ait Deum eſſe largitum non tantum mentem ſed & manum. Præterea, 1. de partibus animalium ait nos debere admirari in viliſſimis animalculis vt in formicis in araneis ingenium Dei. Alibi docet Deum vniuerſa compleuiſſe, ergo noſcit.

Iidem dicunt Ariſtotelem impia docuiſſe cum 1. de anima mortuorum reſurrectionē eſſe impoſſibilem protulit.

Errant, nam certum eſt etiam Chriſtianis hoc naturaliter non poſſe fieri, imò Gaſſendus impius eſſet ſi naturaliter reſurrectionem mortuorum probaret: ex hoc enim certiſſimo colligeretur Gaſſēdum credere animam naturam non

eſſe informantem ſed aſſiſtentem. Deinde Ariſtoteles agit contra Platonem qui aſſerit animam eſſe ſubſtantiam ſe mouentem : ex hoc igitur infert ſi anima ſeipſam moueret quoquo modo poſſet egredi corpus & regredi: & ſic anima hominis mortui naturaliter iterùm poſſet in idem corpus reingredi & ſic daretur reſurrectio naturalis.

CAPVT XVI.

Ramus, Ludius, Patricius, Gaſſendus reijciuntur aſſerentes nullum Peripateticorum vſum dialectices nouiſſe.

Mira eſt inſolentia horum hominum dum aiunt nihil penitùs ſcholas & academias proficere in libris dialecticis legẽdis. Inter cætera Gaſſendus ait nemo eſt qui decies perlectis libris topicis fateri poſſit ſe fuiſſe inſtructum ad diſſerendum, &c. imò nemo poteſt vel vnicam hanc quæſtionem (an Ariſtoteles ſit cauſa mortis Alexan-

dri) tractare niſi totum diem inepte garriat.

Sed liberi parum ſumus in liberos.

Aut Ariſtotelem non legerunt, aut non intellexerunt, aut mentiuntur.

Nam 1. ait Ariſtoteles omnem quæſtionem per genus, definitionem, adeòque per differentiam per proprium & per accidens, neceſſariò debere tractari. Sub definitione ſpeciem comprehendit. De indiuidius artes non tractant, poſito igitur quod quis categorias nouerit neceſſariò omnia per prędicata probantur aut improbantur: quod ait de morte Alexandri, an non hoc probari aut improbari poteſt per actionem per relata? ſed indiuidua non curantur in artibus.

2. An quomodo quis doctior eſt ad diſſerendum: nam Ariſtoteles docet eum omnem qui vult diſſerere, debere 1. æquiuocationes, 2. ſimilitudines, 3. diſſimilitudines, 4. varias propoſitiones afferre.

Tandem, ex centum locis an aliquot, ſi enim comparatio fiat, aut abſolutè de aliqua re dicendum ſit.

Abſtractum concreto, abſolutum de-

pendente melius.

Quod amicis communicare poſſumus, melius.

Quod beatum efficit, melius.

Communibus, propria noſtra meliora.

Diuturnius & conſtantius, præſtat.

Difficilius acquiſitu, procliuibus melius.

Quæ diſſimulamus vt aliud habere videamur, peiora.

Quæ à meliore arte in meliore, ſunt meliora.

Non neceſſaria, neceſſariis.

Quæ omnibus, quam quæ alicui bona tantum ſunt.

Quæ propter ſe, quam quæ propter aliud.

Quæ quis per ſe, quam per alium faceret, meliora ſunt.

Similius meliori, melius, &c.

CAPVT XVII.

Villonii theſes & cum ipſo Clauius, Garaſſus, & Baſſonus, cribrantur.

THeſis 1. Villonii eſt materia eſt commentitia & ſine vllo fundamento excogitata, ideoque hallucinantur omnes Peripatetici.

Errat, nam ſic demonſtro. ex nihilo nihil fit vt conſtat, ergo ex aliquo, ergo ex materia. Id enim ex quo aliquid fit materia, eſt quod autem ſit; 1. probatur ſi nō eſt ſubiectũ primũ eſt materia prima ſed datur ſubiectum primum omnium rerum materialium ergo datur materia prima, probatur ſi non eſt ſubiectum primum, ideò non eſt, quia ait eſſe principia quinque prima omnium rerum ingenerabilia, & incorruptibilia ſcil. ſalem, ſulphur, Mercurium, terram & aquam: Ideoque ait horum nullam eſſe materiam primam. Sed hoc falſum eſt nam eſto ſint quinque talia principia

hæc tamen in eo conueniunt quod ſint entia, quod ſint ſubſtantiæ, quod ſint corpora. Id autem omnium conſenſu eſt materia prima, in quo corpora omnia conueniunt: Nihil enim aliud eſt materia prima, quam ens ſubſtantiale, materiale, & corporeum.

In 2. theſi ait formas ſubſtantiales omnes (excepta rationali) æquam abſurdè ac materiam primam defendi à Peripateticis.

Errat, quamuis enim anima rationalis in hoc corpore ſtatuatur ſubſtantia potius quam alia anima, quare potius anima rationalis cum materia faciat compoſitum quam aliæ animæ nulla penitus ratio excogitari poteſt: ſi enim aſinus eſt aſinus abſque forma ſubſtantiali aſini, quare homo non eſſet homo aſque forma ſubſtantiali hominis? aut ſi homo formaliter homo eſt per formam ſubſtantialem, quare non & aſinus per ſuam formam formaliter erit aſinus? Deinde formas ſubſtantiales dicimus quæ habent diuerſas virtutes agendi: cur enim calor v. g. producat in homine carnem huma-

nam, in equo equinam, non eſt alia ratio quam quod alia eſt forma in homine quam in equo: quod enim ai hoc prouenire ex principiorum varia contemperatione in 4. theſi refutabitur.

In 3. theſi ait priuationem tollendam penitùs & dari tranſmutationem naturalem ſine vlla priuatione.

Sed errat, nam cum aliquid tranſmutatur vel antea iam erat tranſmutatum, vel non: ſi tranſmutatum erat, non tranſmutatur, quod enim iam eſt homo non fit homo, & quod iam eſt calidum, non fit calidum: ergo quod tranſmutatum eſt cum non poſſit tranſmutari ſequitur id quod iam tranſmutatur antea non fuiſſe tranſmutatum, ſed potuiſſe tranſmutari, quia ab actu ad potentiam bona eſt conſequentia: ergo priuationem habuit, quia priuatio nihil eſt aliud quam abſentia rei in ſubiecto quod eam rem habere poteſt: ſed quæſo det rationem, cur diabolus aut anima rationalis, non poſſit tranſmutari in oleum, & ſecundum ipſum quare nō poteſt ſal aut terra, &c. in oleum tranſmutari: reſpondet quia ſunt incorruptibilia;

ergo rectiſſima conſequentia eſt, ideo non tranſmutari quia non habent priuationem ſiue quia non ſunt apta.

In ſequentibus theſibus præſertim in 6. & 7. & in 14. &c. ait illa quinque principia terram, aquam, Mercurium, ſalem & ſulphur eſſe eadem ſpecie vltima in omnibus omnino rebus, & res inde compoſitas nihil aliud habere quam tria iſta principia vnita, nec differre res inter ſe niſi ſecundum quantitatem, prout enim vna res plus habet ſulphuris alia minus, &c.

Turpiter errat, ex hoc non ſequitur maius & minus mutare ſpeciem & eſſentiam rerum, quod tamen falſum eſt: nec enim maior aut minor homo eſſentiâ differunt imò maius & minus ad eandem eſſentiam pertinent. Deinde ex hoc ſequitur aſinum eſſe equum, nigrum eſſe album, ſi tantum inter ſe differant ſecundum maiorem aut minorem quantitatem.

In iiſdem theſibus ait in omni mixto hæc principia eſſe actu & formaliter: deinde ait omnia ex indiuiſibilibus componi: deinde omnia eſſe in omnibus.

Hæc ſunt portenta: non theſes, nam vel quæuis pars mixti eſt mixta vel non: ſi quæuis pars eſt mixta, ergo non componitur ex indiuiſibilibus, ſiue pars illa non eſt indiuiſibilis, quia in ea diuidi poteſt ex quibus mixta eſt: deinde quia indiuiſibile debet eſſe minimum: ergo non eſt mixtum, alias daretur minus minimo. Deinde ſi quæuis pars eſt mixta, dabitur penetratio corporum, vel negare debet non eſſe materiam quantam, & ſic miracula tollit de penetratione corporum: Si verò quæuis pars mixti non eſt mixta, quomodo quæſo omnia ſunt in omnibus? Tandem ſi omnia ſunt in omnibus, vel omnia compoſita ſunt in omnibus compoſitis, vel omnia principia ſunt in omnibus principiis, vel omnia principia in omnibus compoſitis, vel omnia compoſita in omnibus principiis:

Si dicat primum, ergò ſequitur equus eſt aſinus Villonius eſt planta: ſi dicat ſecundum, non dabitur indiuiſibile: ſi dicat tertium, nihil noui dicit: nam & nos dicimus principia eſſe in omnibus: ſi dicat quartum falſum eſt, principiatum enim poſterius eſt principiis.

Theſi

Theſi 12. ait qualitates virtuales primarum productiones, ſine fundamento admitti.

Errat, nam vt in homine eſt viſus qui producitur à potentia ridendi ſeu à riſu & qualitate virtuali: Ita frigus actuale quod aqua producit, remoto calore per frigus virtuale ſiue per potentiam producit: Has autem eſſe qualitates non ſubſtantias inde conſtat, quia ſubſtantiâ manente poſſunt deperdi tales qualitates: vt enim oculo ſubſtantialiter manente cæcitas aduenit, & tamen oculus non poteſt amplius videre, quia aliàs non eſſet miraculum quod Chriſtus cæcum ſanarit: Ita etiam piper quod calorem producit, manens tamen piper, hanc potentiam paulatim amittit, quia virtus ſeneſcit & aboletur.

Theſi 13. Negat vnum elementum in aliud poſſe conuerti, vt aquam non poſſe conuerti in ignem, &c. ait ſemper remanere terram, adeóque terram eſſe ingenerabilem & incorruptibilem.

Errat, nam ignis V.G. calefacere poteſt terram: ergo & formam ignis introducere. 2. non eſt denegandum naturæ

dem ſemper erit actio ſulphuris quamuis ſecundum magis aut minus differat, falſum autem eſt in omnibus rebus eaſdem eſſe actiones tantum differentes ſecundum magis & minus.

Theſi 10. ait ſomniaſſe Peripateticos dum dixerunt alterationes fieri ſub inuariato, quia inquit nulla fit ſine additione aut detractione principiorum.

Errat, præterquam enim hoc fidei Chriſtianæ repugnat etiam rationibus & experientiæ contrarium eſt. Nam cum ignis calefacit aquam ſecundum ipſum aliqua principia ſubſtantialia adiunguntur aut detrahuntur: ſi aliquod detrahitur ſubſtantiale, ergo vel minor fiet ignis, vel minor aqua vtrumque tamen falſum eſt: vel fiet maior aqua, vel maior ignis, vtrumque etiam falſum eſt: vel dabitur penetratio corporum quod pariter falſum eſt.

In theſi 11. ait ignem eſſe humidiſſimum nec vlla ratione exſiccare. Primum refutatum eſt. 2. reſpondetur duplicem eſſe exſiccationem vnam per quam partes humidæ fiunt ſiccæ, quomodo verum eſt ignem non exſiccare:

alia exſiccatio eſt perquam euocantur partes humidæ & euaporant, quomodo ſal ſiſſimum eſt ignem non exſiccare.

Cum verò ait null omninò opus eſſe formâ ſubſtantiali quæro, quiſnam illa quinque principia toto genere diuerſa ita coninet ne ſeparentur? nam quæ ſunt diuerſa, vniri ſe non patiuntur: ergo opus eſt aliquo continente, quod aliud eſſe non poteſt quam forma quædam, quæ hæc principia diuerſa coniungat & conſeruet coniuncta. Deinde mirum eſt ignem & aquam inter ſe pugnare ſi ſimul eſſe poſſint, & quidem in vna & eadem parte: Cum tamen multò alia diſpoſitio requiratur ad ignem conſeruandum quam ad conſeruandam aquam.

Cætera ſuperius expoſita ſunt ideò ad alios properandum eſt.

Garaſſus volumine quod vocat curioſitatem ingeniorum nimia peccantium licentiâ docet aut dedocet. Quædam Ariſtoteli oppoſita proponit, quæ examinanda ſunt, non omnia, ſed ea quæ cuiuis probabiliora videri poſſent.

Libro I. ait in negotio ſcientiarum & artium præſtat, & eſt tutius ſemper

communem ſequi opinionem, & ingens ſignum præſtantis ingenii eſt in ſcientiis trita veſtigia ſequi: Idque probat exemplo Calculatoris, qui cum aliena docuiſſet à communi opinione, iam ſenior lachrymas fuderit, quod ea quæ ſcripſerit iunior non intelligeret, intellecturus ſi à vulgata ſcholarum non diſceſſiſſet opinione:

Errat, nam Ariſtoteles docet 1. Topicorum non tantum ea probabilia eſſe, quæ omnibus videntur, ſed etiam ea quæ ſapientibus aut ſapientioribus aut vni ſapientiſſimo: ergo licet, communi opinione relictâ, in ſcientiis alicui doctori adhærere.

Ipſemet Ariſtoles communem omnium antiquorum opinionem reiecit, cum tam ideo aberrauit, nec ideò ingenio nõ fuit præſtanti ipſemet, cur Garaſſus inter ingenia præſtantiſſima connumerat Ariſtotelem? ipſe & nos relicta communi opinione antiquorũm ſequimur Ariſtotelem; nec tamẽ ideò ab erramus. De Calculatore falsò iudicat, Iulius enim Scaliger patrum ætate Peripateticus præſtantiſſimus de eo refert quod

modum humani ingenii exceſſerit Calculator, nec ideò fleuit quod non intellexit, ſed gaudio propter opera perfectiſſima. Deinde etiam menti ſua eſt ſenectus vt Ariſtoteles 2. polit. docet.

Libro 2. ait Garaſſus pulchritudinem præter alia conſiſtere in magnitudine oculorum, paruitate oris, & latitudine frontis.

Hæc Ariſtoteli penitiſſimè aduerſantur: nam in hiſtoria animalium, frontem latam ait ſtupiditatis eſſe ſignum, oculos mediocre eſſe perfectiſſimos, & optimorum morum. Idem ibidem os mediocre linguamque ſimilem omnibus aliis præponit: Deinde 1. Rhet. Ariſtoteles appliter de pulchritudine loquens alia ſigna iis oppoſita præfert.

Libro eodem Garaſſus ait non expedire ſemper impietatem in Deum, ſcelera, & ſceleratam profanationem ſupprimere, ſed potius typis imprimere, & oppugnandam ſumere, & ridendam cuiuis exponere.

Errat, nam Ariſtoteles 1. Top. ait contra eum qui Deum eſſe negat, aut eum non eſſe honorandum, non ratione aut

verbis ſed verberibus & ſuppliciis eſſe diſputandum; quantum igitur abeſt, vt tam impia ſcelera quod Garaſſus facit ridenda proponantur. Ibidem in metaph. ait ſtultum eſſe omnium opiniones recenſere & examinare, ſed tantùm eas recenſendas quæ aliquid habent probabilitatis, cum autem iſta impietas in Deum nullis fundamentis innitatur vt ipſemet ait, ſtultum eſt eam refutare.

Libro 3. ait atheiſmum hominibus licentiâ inſolentioribus apparere probabiliorem.

Errat, nam quiſquis vel ratione vtitur vel tantillum, is noſcit Deum eſſe, ideoque Ariſtoteles, ait 1. Top. lib. contra eos non eſſe diſputandum. Et hodiè Philoſophi ſuntqui ſtatuunt primum principium eſſe quod Deus ſit: ipſemet Garaſſus ait omnes atheos cognoſcere benè eſſe viuendum quod abſque cognitione Dei fieri nequit.

Libro 4. ait peccatum ingentem eſſe curioſitatem.

Sed Ariſtoteles ait, èx admirari natum

eſt Philoſopharii, ideoq; propter curioſitatem intellectum vocat amatorem fabularum propterea quod in fabulis curioſa miranda, dicantur quorum maximè ſumus curioſi.

Libro eodem ait brutalitatem (vt uocat) & atheiſmum, penitùs conuenire.

Errat, nam aliud eſt non cognoſcere Deum, aliud eſt eſſe brutum, is qui poteſt cognoſcere Deum nec tamen cognoſcit eſt Atheus: is vero qui non cognoſcit Deum nec poteſt cognoſcere eſt brutum aut planta. Ibidem ait, Ariſtoteles de æternitate mundi valdè dubiè loquutus eſt.

Sed errat Ariſtoteles enim rationes quas poteſt probabiliſſimas affert de mundi æternitate. Licet autem in topicis dicat eſſe problema dialecticum de mundi æternitate, inde nihil colligitur, Ariſtoteles enim ibi docet ea quæ certa ſunt in phyſicis, problemata eſſe apud dialecticos, vt examinanti patet.

Hoc eſt ſpecimen examinis opinio-

num contra Ariſtotelem : ſi non ſit exactum veniâ digni ſumus, vt qui primi ignotum tentauerimus iter; ſi placitum fuerit, animus ad altiora aggrediendaadiicietur.

FINIS.

Excipiebat

Antonius Morand Donemarenſis
1628.

Digitized by Google

DE VNIVERSO PROPOSITIONES CVRIOSIORES

BREVITER EXPOSITÆ.

INſtitutum eſt ea quæ à Coſmographis aut docentur, aut doceri neceſſe eſſet curioſiora, mundum, cœlos, & inter elementa terras & maria ſpectantia proſequi. Faue cœptis, non ſine tuo profectu ſtudioſa iuuentus.

PROPOSITIO PRIMA IN quatuor mundis eadem reperiri.

PRIMVS mundus eſt vltramundanus ſpiritalis, & continet Angelos.

Secundus eſt corporeus, incorruptibilis ſiue cœleſtis.

Tertius eſt corruptibilis ſiue elementaris.

Quartus eſt mundus paruus ſeu μικρό-κοσμος ſcil. homo.

Quæcumque in vno horum mundorum ſunt ea in omnibus & ſingulis reperiuntur.

In omnibus iſtis mundis hæc ſunt, cœlum, terra, tenebricoſa & abyſſus, item aquæ & ſpiritus, & in medio aquarum eſt firmamentum, & tandem eſt lux.

1. Pro mundo elementari, cœlum eſt cauſa & velut pater omnium rerum inferiorum. Terra eſt mater & materia ex qua cœlum omnia producit. Hæc terra eſt tenebricoſa informis: Item propter vaſtam profunditatem eſt abyſſus. In hac terra ſunt aquæ ſiue variæ diſpoſitiones inſtar aquarum fœcundæ, ad varia producenda. Spiritus aquarum eſt virtus cœleſtis quæ res omnes format, & ſic mundo lux oritur Firmamentum eſt media regio aëris: aquæ ſupercœleſtes ſunt ſuprema regio aëris: infima autem ſunt aquæ ſub cœlo: ſumma regio eſt pura ideoque cœleſtis aqua: infima eſt plena rebus perfectiſſimè mixtis: media vero eſt veluti firmamentum inter puram & perfectè mixtam.

2. Pro mundo cœleſti ſunt 1. cæli ſcil. 7. cæli planetarum, cœlum ſtellatum, cœlum cryſtallinum, & cœlum empyrium: 8. In hoc mundo cœlum empyrium tanquam præſtantiſſimum abſolutè eſt cœlum, a quo virtus in inferiores promanat. Terra verò vocantur octo cæli, propterea quod octauum cœlum & vltimum cœlum lunæ vocetur terra hoc modo. Luna eſt terra cœleſtis tanquam infima, maculata & obſcura. Mercurius eſt inſtar aquæ propter verſatilem naturam: Venus eſt aër, propter temperiem: Sol eſt ignis. Iam inuerſo ordine Mars eſt ignis, Iupiter eſt aër, propter temperiem, Saturnus eſt aqua propter frigus. Octauum cœlum quia firmum nec erraticum, eſt terra. Hi cæli ſunt tenebricoſi niſi à 1. lucem hauriant. Item ſunt abyſſus quia altitudine immenſa. Inter aquam id eſt Saturnum & inter cœlũ Cryſtallinum, tanquam aquam ſupercœleſtem, eſt firmamentum. Super aquas eſt ſpiritus, id eſt ſupremum cælum ſedes beatorum, inde eſt lux quæ in omnes alios cælos deriuatur.

3. De mundo Angelico. Terra eſt An-

gelorum ſubſtantia quatenus omni exiſtentia vacua eſt: Cœlum in Angelis eſt ipſa participatio diuini eſſe. Hæc terra eſt abyſſus, immenſa ſcilicet capacitas, & infinitus Angelorum numerus. Aquæ ſunt aſpectus Domini, id eſt formæ, diſpoſitiones Angelis congenitæ. Hinc lux intellectualis ſcilicet intellectio naſcitur. Nouem ſunt Hierarchiæ Angelorum: tres primæ, ſunt aquæ ſuper cœleſtes in contemplatione lucidiſſimæ Tres poſtremæ, ſunt aquæ ſub cœlo ſcilicet quæ rebus generandis præſunt: firmamentum ſiue tres mediæ Hierarchiæ, mouendis cælis deſtinatæ.

4. Pro homine, cœlum eſt anima, cæleſtis corpus, eſt terra: vinculum autem illud quod corpus & animã coniungit, eſt ſpiritus humidus & lucidus, nec enim vllâ aliâ re ſpiritus hominis gaudet magis quam luce. Ratio humana, eſt firmamentum medium inter intellectuales creaturas, cum quibus participat & inter ſenſitiuas quæ ſunt aquæ ſub cælo.

Item, pro mundo elementari omnium aquæ confluunt ad vnum mare: irrigata terra aquis, producit plantas. Item in fir-

mamento elementaris mundi ſunt ſtellæ cadentes & cometæ. Sol verò eſt calor, luna humiditas & frigus, homo verò potiſſimum eſt Chriſtus qui plenitudinem ſpiritus accepit.

Iterum, pro mundo cœleſti aquæ in vnum locum, id eſt ad vnum ſolem conueniunt omnes aſtrorum virtutes. Luna verò eſt quæ maximè prodeſt nutritioni & productioni plantarum: animalia in cælo ſunt ſigna in Zodiaco, & extra habentia vim producendi varia animalia vt Aries, Taurus &c. homo in cælo eſt ipſe Angelus mouens cælum, & certè diabolus vocatur inimicus homo. Iterum pro mundo Angelico in vnum locum conueniunt, vt ſunt adminiſtratorii ſpiritus & vt terra noſtra producat fructum trigeſimum, ſexageſimum, &c. Luna verò quatenus actionibus præeſt, & firmamenti ſtellæ vocantur, quatenus cælum regunt. Alii verò ſunt inſtar ſolis perpetuò contemplantes. Illis eſt homo ſcilicet Chriſtus Dominus qui præeſt omnibus Angelis, qui quatenus præſunt animalibus nomine animalium depinguntur.

Iterum, pro humano mundo locus aquarum communis eſt ſenſus communis ſcilicet, vt plantæ generentur, ea ſcilicet omnia præuideat quæ neceſſaria ſunt ad vitam. Sol eſt intellectus ſuperiorum. Luna eſt intellctus prout inferiora intelligit. Stellæ ſunt variȩ rationes cognoſcendi, definitio, diuiſio &c. beſtiȩ ſunt affectus noſtri. Homo verò prȩcipuè eſt Chriſtus qui omnibus præeſt.

Hæc ſunt compendium ex principe Mirandulano Pico vnde pleraque hauſta ſunt.

CAPVT II.

Seu propoſitio, 2ª. de ſyluis, ſubterraneis & carbunculis, & hominibus plumbeis, nigris, & viridibus.

SVnt ſubterraneæ ſpecus monteſque toti picco lapide ſiue bitumine, ſiue aſphaltita pleni, & hodie circa Leodiũ, *Liege*. Illic lapides excindũtur ab homi-

bus atra bituminis fuligine repletis & pallentibus. Eſt tantâ copia vt hi lapides ad omnem vſum ignis ſufficiant, & ſunt ardentiores, aliis prunis aut lignis ardentibus. Hi homines, totos montes pererrant profundiſſimis ſpecubus excauatis per aliquot leucas. Hic aliquando ignis graſſatur & in omnes omninò ſæuit. Et quod mirum eſt eos ſolos enim lædit qui lineis puris & nondum veſtibus lotis induuntur. Item vix hoſtilem ignis huius vim ſuperare poſſunt niſi virgis ſæpius verberent & præſertim virgis colurnis quibus flagellatus ignis fugatur perſequête eo qui lino amictus eſt. Claudianus ait hâc Vlyſſem ad inferos deſcendiſſe, ſed hiſtoriam referunt Agricola, Tacitus, Goropius. Si aliqua ratio eſt hæc eſt, quod omne bitumen, humido nutritur, & ſicco extinguitur. Ideò in Hecla Iſlandiæ monte ignis hodie eſt qui ſtupam non adurit licet exurat aquam, colurnum etiam lignum exſiccum eſt ideóque ad extinguendum conducit. Verbera etiam ad fulminum impetus infringendos non parum conducere Philoſophi in meteoris docent. Ex

cineri-

cineribus horum lapideorum carbonum aliquid argenti arte Alchymicâ elicitur. Hi ergo ſunt carbones lapidei.

In Brabantia, Hollandia & aliis locis qui inter Moſam & Scaldim interiacent per 30. leucas adhuc inueniuntur hodie ſyluæ integræ & infinita vis arborum ſub terra collapſarum, quarum omnium cacumina ad mediam Orientis & Septentrionis regionem ſpectãt; & potiſſimùm habentur arbores coniferæ altiſſimæ, vt pinus, abies cum tamen hæ regiones iam pares arbores non ferant. Sed quomodo tanta ſyluarum ſtrages & ſepultura facta eſt?

Reſpondeo 1. ex Plinio & Petro Nannio & Becano, Oceani fluctibus integras terræ partes fuiſſe auulſas & vnà cum arboribus natãtes huc fuiſſe impulſas, & procubuiſſe arbores. Hinc Romani aliquando putauerunt eſſe claſſem & hoſtes; ideóque pugnaturi ad arma clamabant. Poſteà inſulas cum arboribus natantes eſſe viderunt. Et patrum memoriâ Dani venerunt, vt aut arbores reperirent, aut terræ recenter appulſæ domini forent.

Reſpondeo, 2. inſigne aliquod diluuium huius rei cauſam fuiſſe. Nam conſtat has terras valdè eſſe humiles, ideóque vocari Germaniam inferiorem, *le pays-bas*; & frequentiſſimas inundationes Zelandia teſtatur & in Hollandia machinæ cõtra Occeanum: ergo eo vento qui medius eſt inter meridiem & occidentem hæc innundatio concitata fuit vt conſtat ex ſitu arborum. Hæ arbores cœno & pluuiis putrefactæ fermè omnis generis aliquid terræ ſpongioſæ effecerunt ad omnem vſum ignis, ideóque minimè ſunt graues, exſiccatæ facile vruntur, vnde etiam facilè exſcinduntur tanquam carbones ad ignem. Anno milles, quingẽt quadrageſimo primo. Ignis incidit ita ut ſub terra & ſub aquis longè latéque ſæuiret, donec tandem foſſis factis, fuit extinctus.

Arbores aliæ reperiuntur tam in terra quàm in ſaxis, imò ſub ipſis fluuiis triplici ratione. 1. quidem, quia natura facit figuram arborum, licèt arbor non ſit, ideoque videndum eſt an corticem, medullas, aliaque ſimilia habeant: ſi enim non habeant nec ſunt nec fuerunt

arbores. 2. quia natura arbores in lapideam conuertit formam. 3. quia veræ ſint arbores proſtratæ. Sic in Germania Hildeſemi collis eſt plenus lapideis trabibus. Ita etiã lapides ſunt pleni ebeno foſſili: in cauernis habet ſtirpẽ nigram foliis & fructu carentem. Nihil autẽ vetat naſci intra lapides ebenum, cùm ranæ reperiantur intra lapides, vt propè Pariſios Argentolii in lapidicinis.

In regionibus Brabantiæ, & Hollandiæ humilibus ſubeſt atra terra bituminoſo cœno conſtans: hoc cœnum ſubactum & exſiccatum ad ignes valet & cœnum ſubcreſcit, atque adeò nunquam deficit.

Iám de hominibus diuerſi coloris dicendum.

Referunt hiſtoriæ Anglorum adoleſcentes duos fratrem & ſororem ex cauerna quadam emerſiſſe corpore nudos & penè virides, neſcientes Anglicam linguam, nec aliquid eorum comedentes quæ ab Anglis comedi ſolent, ſed tantum piſa fabaſque virides pro alimento ſumentes; & cùm linguam Anglicam didiciſſent, retulerunt plurimos eſſe homines iiſdem in cauernis ſimili colore,

Cum autem aſſuefacti fuiſſent cibis noſtris, colorem omninò mutauerunt.

Sub tropicis in zona torrida ſunt homines omninò nigri, Æthiopes & Nigritæ præſertim ad fluuiū Nigrim ſub Arcto ad extremum Septentrionem: pariter ſunt nigri & fuſci homines, ſcilicet vltra Gothiam: poſtea ad gradum vſque 60. ſunt rubicundi vt Gothi & Sueui: inde ad 45. ſunt candidi, vt Germani, & Britanni. Poſteà ad 30. flaueſcunt: vnde ſubirides fiunt; quouſque tandem fuſci & penitus atri fiant. Quæ cauſa horum eſt.

De viridibus Anglis ita cenſeo. Quandoquidem tantùm veſcebātur herbis & leguminibus viridibus, ſimilem induerunt colorem; non quòd quiuis ſimilibus nutritus talem aſſumeret colorem, ſed quia longâ annorū ſerie hoc fieri poteſt, vt enim in ouis verno tempore vireſcentibus propter gallinas herbis paſtas & in vermibus herbas virides arrodentibus videre eſt; ita ſimile accidit in hominibus.

Nigri ſunt homines ſub Tropicis ob nimium calorem. Sed ſub Arcto nigri ſunt propter nimium frigus adurens, ita

enim & tenellæ plantæ frigore aduſtæ nigreſcunt. In mediis locis ſunt candidi propter humorem nimium qui candidos efficit, vt in niue videre eſt. Reliqui verò prout magis minuſque accedunt ad calorem & frigus, aut rubri ſunt, aut flaui &c. quemadmodum autē in locis calidiſſimis nigreſcunt piper, caryophili &c. ita & homines.

Sed cur non vbique ſub Tropicis ſunt nigri? Non verum eſt ſemen eſſe nigrum nec hoc fit à ſole, quia Europæi illic nati non nigreſcunt, niſi quis dicat eſſe à ſole & à ſolo, ſed in habitatoribus longa annorum ſerie, ideóque propter calorem etiam habent dentes albiſſimos ob ſiccitatem terreſtrem, quò enim aliquid ſiccius eſt, eò magis ad albedinem accedit, vt conſtat in cineribus: ſi vero humidum euaporet, tandem fit nigrum, vt videmus in carne aſsâ, ideóque Æthiopes tali ſunt colore.

Propoſitio tertia de Gigantibus & Pygmæis, Dæmonibus metallicis, de Feis ſeu Fatuis.

SVnt dæmones ſubterranei qui in fodinis metallorum potiſſimùm verſantur : eorum eſt triplex genus. 1. ſunt truculenti & terribiles aſpectu qui metallorum foſſoribus infeſti & inimici ſunt; itaut aliquando plurimos operarios flatu quem efflant ex rictu equino occidant. Aliquando nigra veſte apparent & operarios tollunt in ſupremum locum non ſine attritu. Ij dæmones vocantur lucifugi, terreſtres, bruti, & rationis expertes. Alii ſunt mites & dicuntur Cobali & ſunt hominum imitatores & rident; & cùm omnia facere videantur, nihil omninò faciunt : aliter dicuntur virumculi montani, ſcilicet ſunt nani ſeu Pygmei dæmones, longi tres dodrantes. Dodrans autem eſt ſpatium quantum intercedit inter pollicem & minimum digitum extenſum.

Hi ſunt Seneciones, nunquam lædunt niſi laceſſiti, aut cachinno excepti. Hi dæmones potiſſimùm vidētur in fodinis, vbi multa ſunt metalla. 3. genus eſt eorum dæmonum qui raiò hominibus apparent; partem tamen laboris domi perficiunt, curant equos, &c. & vocantur Guttelli, ſiue Trulli tā maſculino quàm fœminino ſexu. Hæc partim ſunt ex Pſello de dæmonum operationibus, partim ex Agricola de ſubterraneis animantibus & in Bergmanno.

Sed cauſa harum rerum quæri debet à Phyſicis Coſmographis.

Ita ego cenſeo. Vel ſunt ſubſtantiæ immateriales omninò vel materiales & corporeæ. Si ſunt immateriales, vel ſunt Angeli damnati vel animæ damnatorum hominum. Si ſint Angeli potiſſimùm ex locis cœleſtibus ad inferna ſunt deiecti & damnati ad corpora circumferenda ſiue humana, ſiue alia ſpecie, quia cùm voluerint eſſe ſimiles Deo, facti ſunt ſimiles iumentis; & cùm in cælis habitare potuiſſent eoſque mouere & regere, iam in abiectiſſimis corporibus habitant quæ mouent. Si autem ſint

animæ damnatorum ideò in iſtis corporibus apparent, quòd conſtet ſæpè animas circa ſepulchra verſari & circa ſua corpora, quorum amore cum nimiùm tenerentur ea ipſis dantur tanquã infernus & carcer quem inhabitent. Si verò ſunt ſubſtantiæ materiales, vt eſſe poſſunt, vel ſunt Angeli ſeu ſpiritus, vel ſunt bruta quædam animalia: ſi ſint Angeli, nondum conſtat ex fide, nec apud Philoſophos præſertim Platonicos indubitatum eſt vtrùm Angeli non habeãt aliquod corpus, quemadmodũ anima hominis corpore veſtitur. Hinc apud Pſellum ſex ſunt genera dæmonum taliumque Angelorum. Alii enim habent corpus cœleſte, alii igneum aut aëreum aut aqueum aut terreſtre aut ſubterreſtre: ſi verò ſint animalia bruta, vt eſſe poſſunt ex Ammonio, notandum eſt quadruplex ſecundũ Platonicos & rei veritatem animal eſſe poſſe: vnum eſt animal rationale immortale, ſcilicet Angelus: aliud animal rationale mortale, vt homo: aliud irrationale mortale, ſcilicet beſtia: aliud irrationale immortale; quale eſt hoc genus dæmonum brutorum.

Iam de gigantibus loquendum eſt.

Sacra ſcriptura duos potiſſimum recenſet admirandæ proceritatis gigantes, ſcilicet Og regem, & Goliath. Galli Belgæ recenſent gigantem Antuerpianum: Galli verò vt alibi notaui, referunt, gigantem effoſſum propè Valẽtiam 30. pedes altum. Pariſienſes referunt ſuum gigantem Iſoret. De ſimilibus inadmirandis meis dixi.

Sed notandum eſt ex Ioanne Gorropio in Gigantomachia ex Butcone de arca Nohæ, nec Og. nec Goliath exceſſiſſe altitudinem nouem aut ad ſummum 10. pedum vt pluribus demonſtratur cùm ordinaria hominis altitudo ſit ſex aut 7. pedum: iam verò etiam hodie tales gigantes reperiuntur. Eſt enim adhuc regio gigantum, vt ex authoribus noui orbis cõſtat, ita ut minimi ſint æquales maximis Europæis; imò & apud regem noſtrum Ludou 13. Heluetius 9. pedum eſt, & duo gigantes præteritis annis apud regẽ fuerunt Angliæ. Ergo nouẽ aut 10. pedes adhuc natura fert homines longos.

Alia quæ recenſentur de gigantibus, aut fabulæ ſunt Poëtarum, aut oſſa quæ

oſtenduntur ſunt oſſa piſcium, aut elephantorum, aut ſunt naturæ ludentis opus, quæ ſæpè oſſa in terra facit aut in ipſis lapidibus: vel ſunt oſſa terræ, vt vocant. Certè quod refertur de rege Cimbrorum Teutobocho apud Florum & alios non mirum eſt quod potuerit vno ſaltu quaternos ſenoſque equos tranſilire.

Dicunt initio mundi naturam robuſtiorem maiora produxiſſe corpora: ideò diutiùs vixiſſe. Iuſtus Lipſius confirmat quod arbores Europeæ, in America maiores producant fructus, quòd terra illa non ſit effoeta. Hinc inferunt mundum ſeneſcere, minora corpora breuioris ætatis producere: ideò. Medicos non audere tam valida vt olim ægris exhibere medicamina.

Reſpondetur, mundus non ſeneſcit, quia cœlũ immortale immortales habet vires, quibus eadem producat in terra. Deinde nec paruitas, nec magnitudo corporum aliquid ad longæuitatem facit, quia, vt communiter dicitur, tres canis ætates, vnam equi vitam æquant, & triplex equi vita, vnam hominis vitam æquat: & tamen plurimùm magnitu-

dine equus hominem ſuperat. Imò ex paruis magni naſcuntur, & ex magnis parui. Præterea tandiu viuunt homines, quamdiu tempore Dauid, ſcilicet 60. annos. Tempore autem Adami & Nohæ diutiùs vixerunt, vt poſſent multiplicare mundum & ſcientias augere: fructus verò maiores habẽt in America propter melius ſolum & ſolem propinquiorem. Tandem Alchymiſtæ hodie validiora propinant medicamenta quàm olim.

Iam de fœminis illis quas vocant Galli *les Fées*, & Germani Alrunas, dicendum. Plerique putant eſſe ſpectra dæmonum: non inficias eo aliquando eſſe poſſe, ſed ex hiſtoriis Ro. imperii ſcimus fuiſſe feminas fatidicas, ſiue feminas Druidas, Philoſophiam profitentes in locis ſubterraneis exædificatis, Aſtrologiæ ſcientiſſimas; & adhuc tempore Guill. Pariſienſis apud Bituricenſes fuerunt ante trecentos annos.

Tandẽ de Pygmæis & iſta tenẽda ſunt. Ariſtoteles, Plin. Homerus, Agricola Tinnul⁹. Maginus faciunt mentionem, ſicut & Albertus Mag. & Auguſtinus Niphus. Ariſtoteles tamen in hiſtoria ani-

malium non ait eſſe puſillum genus hominum, ſed tantùm eſſe genus puſillum, & habitare in cauernis & eſſe ideò Troglodytas.

Sed eſt ne hodie natio quædam Pygmæorum, & ſi ſint, ſunt ne homines?

Nouæ nauigationes non repererunt vt notat Tinnulus, & vniuerſus orbis tamẽ circumnauigatus eſt: & neſcio quare Maginus eos habitare dicat non longè à Groenlandia inſula.

Certum eſt reperiri Pygmæos in cauernis metallicis tantùm cubitalis longitudinis, de quibus dixi an ſint dæmones, an aliud genus animalium. Quicquid ſit, Pygmæi non ſunt homines. Non loquimur de iis quos vocamus iam Nanos ſeu *des Nains*, ex hominibus natos, ſed de iis qui figurâ ſunt ſimiles hominibus cubitales, & in fine tertii anni generant & 8. moriuntur. Probatur. Homines ratione vtuntur, iuſtitiam colunt, Reip. gerendæ ſunt idonei, religionis non ſunt expertes, diſputant de rebus vniuerſalibus, eſſentias norunt, addiſcunt artes, verecũdiâ de re turpi mouentur, & gloria: mouentur rhetoricis & Poëticis perſuaſio-

nibus , nihil horum habent Pygmæi: & licèt loquantur , nihilominus eſt genus brutorum : Brutum enim eſt duplex: vnum quod ratione & oratione caret, vt equi &c. Alterum quod ratione caret ſed non oratione, vt Pygmæi.

Propoſitio 4ª. de lucernis ardentibus in ſepulchris, aliquot centenos annos etiam patrum memoriâ, præſertim in Italia repertis.

INter omnia naturæ opera admirandi præcipuè ſunt ignis effectus.

Picus Mirandulanus docet quemadmodum diluuio mundus periit, ita incendio omnia eſſe conſumenda , incendio , inquam , excito ex ignibus ſubterraneis & ſeptentrionalibus: illis enim in locis plurimum eſt æterni ignis.

Theologi docent igni ſubterraneo inextinguibili, animas & dæmones immortales perpetuò ardere.

Hecla Iſlandiæ mons perpetuis ignibus ardet , ſaxa ingentia , ſulphur im-

cere: vel quia igne immortalitas animę ſignificatur: & certè Chriſtiani precamur *lux æterna luceat eis.*

Sed qua ratione tamdiù conſeruatæ lucernæ ardentes?

Reſpondent aliqui eſſe miraculum: Alii eſſe dæmonum opus, alii factum arte alchymicâ, alii non fuiſſe lucem dicunt, ſed corpus aliquod perlucidum in tenebris: alii fuiſſe pulueres & liquores aëre ingrediente accenſos perpetuóque ardentes: alii fumos condenſatos decidiſſe, iterumque eleuatos perpetuò deſcendiſſe & nutriiſſe ignem: alii fuiſſe ex materiâ quadam fermè incombuſtibili: & certè Albertus Mag. refert carbones ex iunipero cineribus benè tectos fermè ad annum manere poſſe ardentes. Tandem fuiſſe bitumen, in quod aqua defluens accenderit perpetuóque hoc modo arſerit.

Sed hæ cauſæ non ſunt veræ.

Duplex igitur finis eſt ob quem lucernas perpetuas eſſe voluerint in ſepulchris, 1. eſt propter nobilitatem: nec enim in ſepulchris plebeiorum hominum

nem reperiuntur. 2. eſt, ne animæ in ſepulchro tanquam in obſcuro carcere eſſent, lumen appoſuerunt. Nam notandum eſt ex opinione vniuerſæ antiquitatis creditum fuiſſe animas, præſertim eas quæ corpori & voluptatibus deditæ fuerant, aut eorum qui immatura aut violenta morte obierant, nunquam deſerere ſuum corpus, ſed vnà in ſepulchro quieſcere, aut non longè inde. Et hinc accidere quòd ſint tot apparitiones vmbrárum circa ſepulchra. Quæ opinio nec à Chriſtianis aliena eſt: & credibile eſt animas damnatas aut purgandas id corpus non deſerere, in quo voluptates præter legem hauſerunt. Ne ergo in obſcuro laterent, lucernas appoſuere.

Errant illi qui dicunt non fuiſſe lumen, ſed aliquod corpus pellucidum quod apparuerit lucens immiſſo aëre. Nam fuerũt repertæ lucernæ adhuc calentes, imò Palladis lucerna & Veneris ſubdio lucebant. Deinde candens aurum per multos annos in igne illæſum ſeruatur: Cur igitur non poſſit eſſe aliquis liquor inextinguibilis?

Errant, qui dicunt vi Cacodæmonis

fuiſſe tales lucernas: quare enim non potuiſſet eaſdem ardentes aperto ſepulchro conſeruare, & tamen pleræque poſt apertum conditorium fuerint extinctæ? Deinde impium eſt credere vi dæmonis lucernam Antiochenam Chriſto dicatam fuiſſe conſeruatam.

Nec miraculo aſcribendum eſt: quorſum enim Deus lucernas Plutoni plerumque ſacratas conſeruaſſet?

Errant, qui dicunt incœpiſſe ardere aperto ſepulchro: quorſum enim curioſitati poſterorum tales lucernas feciſſent, & quomodo ſciuerunt lucernas aliquando eſſe conſpiciendas à poſteris?

Errant, qui putant oleum in fumum abiiſſe, & deinde fumũ iterùm in oleum concreuiſſe; & ſic perpetuum fuiſſe lumen. Etenim fumus decuplo maior eſt ipſo oleo: ergo vel ſuffocaſſet ignem, vel rupiſſet lucernam.

Errant, qui putant metu vacui fuiſſe conſeruatas, aut ab aqua diſtillante in puluiſculum bituminis fuiſſe accenſas, quia fuerunt repertæ vitreæ lucernæ omnino concluſæ.

Reſpondendum, eſt ars iſta periit. Nihilominus meo, Agricolæ, Liceti & Chymicorum iudicio, hoc modo fieri poſſunt tales lucernæ, ſi nempè habeamus & ellychnium incombuſtibile & liquorem inextinguibilem.

Ellychnium autem fieri poteſt duobus modis 1. ex pilis Salamandiæ incombuſtibilibus. 2. ex lapide Albeſto ſiue Amianto, ſiue ex lino viuo: nam certum eſt ex tali lino olim fuiſſe mappas & veſtimenta regũ incombuſtibilia, quæ ſi ſordida fuiſſent, non aquâ, ſed igni emaculabantur: talis tantique pretii olim fuit, vt pretium excederet nobilium gemmarum: & falſum eſt non amplius reperiri. Nam iſte lapis lanuginoſus & inextinguibilis, & qui ſiccus eſt exteriùs interiùs verò humidus & tenax, itaut ſit ſciſſilis vt neri & texi poſſit adhuc reperitur in Belgio ad Namurum in Germania Iſeldæ & Suaci, itaut Verbergi in Boëmia ex eo ſint mantilia, quæ igne eluuntur: nec adeò magni pretii, inquit oculatus teſtis Georgius Agricola. Liquor verò poteſt fieri per Alchymiam ex eodem lapide extractus,

& hoc modo tam liquor quam Ellychnium erunt incombuſtibilia. Deinde probatur. in perpetuis ſubterraneis ignibus aliquid ſimile eſt. Præterea ſi calor & humor in animalibus ita poteſt contemperari, vt ſine vllo alimento viuere poſſint, quemadmodum Ioannes Godeau propè Senonas vixit annos 4. & menſes 11. & obiit Anno 1616. cur non pariter in lucernis poſſet liquor & calor ita contemperari?

Propoſitio 6a. de diluuijs ignis & aquarum, & de commutatione terræ & aquarum, id eſt, vbi iam eſt terra fuiſſe aquam, & è contra in pleriſque locis.

PRæterquàm quòd mare aliud eſt nigrum, aliud album, aliud rubrum, & aliud viride, multa habent alia miranda. 1. initio mundi aqua vniuerſam operuit terram. Poſteà in vnum locum congregatum eſt, quia mare triplex (plura enim non ſunt) ſcilicet Caſpium, mediterraneum, & mare magnum continua ſunt.

2. Diluuio generali ſub Noë vniuerſa terra aquis inundata fuit.

3. Multa ſunt diluuia particularia. Hinc Deucalionis tempore (nec enim fabula eſt) vniuerſa fermè Græcia periit: vnde tot ſũt inſulę Sporades,&c. Hinc Cimbrii petierunt alias terras, quòd patria ipſorum ſubmerſa fuiſſet. Hinc Brabantia olim ſubmerſa, vt ex ſyluis ſubterraneis oſtendi. Item, mare Danicas terras multas abſtulit & attulit in Hollandiam: præterito ſæculo fermè tota Zelandia periit inundata, itaut Vico Mercatus dicat innumera fermè oppida mari fuiſſe cooperta, & templorum turriumque ſummitates conſpiciuntur, inquit, in aqua extantes.

Siciliam mare medium ab Italia ſeiunxit, & Cyprum inſulam à Syria, Angliam à Gallia, Madagaſcam ab Affrica, Taprobanam ab Aſia.

Mare Mediterraneum irrupit in medias terras: & Authores ſunt qui doceant aliquando mare mediterraneum non fuiſſe.

Et olim Ægyptus non fuit, ideóque Nili donum vocatur: Ergo vbique mari

Digitized by Google

fuiſſe coopertam olim docet Herodotus, Strabo, Ariſtoteles, Plutarchus. Afferũt hæc argumenta, quod vbiq; in Ægypto, etiam in locis altioribus conchylia & oſtrea marina magno numero inueniantur. Deinde quia ſunt ſalſi putei in Ægypto, ſcilicet è reliqua maris ſalſugine. Deinde quia Pharus inſula noctis & diei itinere marino diſtabat ab Ægypto. Poſtea mare ceſſit & fuit facta continens terra. Præterito ſæculo aliquot leucis diſceſſit mare Puteolis. Ita Rhodus inſula è mari emerſit. Ita Seneca refert de nouo fluuio erumpẽte, cuius piſces nigri, quibus qui veſcebãtur, moriebantur. Ita regio circa Iouis Ammonis templum tota exſiccata fuit. Ita quotidie palus Mœotis limo impletur. Et vt Gaſpar Cõtarenus & Vico Mercatus docent in Venetis paludibus multa loca quotidie exſiccantur, vt niſi limus educeretur, iamdudum Venetiæ in ſicco ſtarẽt. Ita tempore Alberti Magni fluuius Icarus in Germania aliquot partibus diſparuit, ſupra tamen & infra illas partes fluebat, ſic diſparuit terræ-motu alius fluuius, ſic in monte nouus lacus factus eſt.

Sed cauſa horum omnium quæritur.

Reſpondeo 1. diluuium generale fortè fieri poſſe cum planetæ veloces, vel præcipui in ſignis aqueis ſunt, vt in Aquario, in Piſcibus. Ita Albertus Mag. & Mathematici. Si enim tanta ſit copia pluuiarum, aquarum niualium, & ita exundent flumina, cum vnus planeta ſol illa ſigna pererrat hyeme, quid futurum eſſet, ſi omnes planetæ aut aliqui vnà cum ſole illa ſigna pererrarent. Et hæc etiam eſt mens Ariſtotelis, vbi vocat talem concurſum, fatum: ideóque & magnam hyemem.

Eſt ne ſignum certum, mare illic fuiſſe vbi reperiuntur oſtrea & conchylia & vbi putei ſunt ſalſi vt authores prædicti docuerunt?

Non: nam etiam in ſummis Alpibus & in ipſis ſaxis mediis Alpium reperiuntur talia oſtrea; nec tamen mare Alpes ſuperauit. Nec eſt quod ad diluuium concurras Nam nō tamdiu diluuium illud fuit in ipſis ſaxis, vt generare potuerit oſtrea: imò reperiuntur ſaxa ſexaginta librarum Anconitana, quæ cum rumpuntur

malleis ferreis oſtendunt piſciculos viuentes: Nec tamen mare illis fuit in mediis ſaxis, imò cùm ſint montes ſalis foſſilis in Germània, Alæ. Et cùm in Burgundia fontes ſint perpetuò ſalſi, non tamen cogitandum eſt, ideò illic fuiſſe mare.

Quod aquæ terram ſæpè cooperiant & ſæpè terra cooperta denudetur aquis, hæ ſunt cauſæ.

1. Magni fluuii multùm limi ſecum aduehunt & luti & terræ, atque adeò circa oſtia & ad introitum maris deponunt, ideóque illic paulatim terra exſiccatur & ex altera parte, vel potiùs in alteram partem mare propellitur: hoc modo Ægyptus facta fuit: hoc modo Rhenus oſtia mutauit: hoc modo venti expurgant ne propter fluminum ingreſſum & vectionem limi mare ſiccetur.

2. Magna aliqua hyeme, ſiue fato, id eſt, cum aliqui planetæ ſunt in ſignis aqueis, ſimul fit inundatio, ſicut de diluuio generali dictum eſt. Item cum planetæ ignei, vt Sol, Iupiter, Mars, ſunt in ſignis igneis ſimul vt in Leone & Caniculis, maxima fit ſiccitas, & quemadmodum plantis &

animalibus ſua eſt adoleſcentia humida & calida, & ſenectus ſicca & arida: ita terræ ſua eſt adoleſcentia, cum eſt humida, & ſenectus cum exareſcit.

3. Cauſa ſunt venti, qui fluctus impellunt, aut aliquam partem terræ abripiunt.

4. Eſt terræ motus, quo ſępè degluttiuntur aquæ, aut aquæ naſcuntur, & ex terra prorumpunt.

5. Eſt ruina terræ, cum ſæpè ſubterrâ ſint cauernæ, & quaſi tartarus aquarum, & ſic abſorbetur terra, quo modo periit apud Platonem inſula Athlantica.

6. Spiritus aliquando ſub aquis attollit terram, & apparentem facit inſulam: aliquando attollit aquas, vt inſulas inundent.

7 Sunt Catarractæ cælorum, cum ſubita nubes diſrupta decidit, quo modo ſuperioribus annis ſubita fuit Pariſiis in agris inundatio Bibaræ. *Bieure.*

8. Aliquando ſubitò ex terra emergunt aquæ, vt præterito ſæculo accidit circa Valentiam in Hiſpania, & certè plurimis in locis, certis annis aqua ex viſceribus terræ emergit & inundat, quia nimirùm

ſunt ſpeluncæ ſubterraneæ quæ ſi fuerint repletæ, in ipſam terræ ſuperficiem exundant.

9. Sunt ipſæ pluuię, Nilus, Niger, Ganges ſingulis annis inundant.

10. Sunt occulti terrarum ductus obſtructi, obquam cauſam aqua quæ in valle fluebat, montes aliquando petit & in miſerabili illo caſu quo montibus fuit oppidum obrutum Plurium apud Rhœtos.

11. Aliquando ex marmoreis ſepulchris certis temporibus aqua effluit, vt ex ſepulchro quodam in Cœmiterio D. Seuerini Burdigalæ: & vt in Delphinatu in intima rupe & viuo ſaxo ſunt lacunæ quæ cum aliâs toto anno ſint ſine aliquo humoris veſtigio, vno tamen & ſolo die ſunt aquis pleniſſimæ.

Ignis autem diluuium maximũ fuit regnante Phaëtonte (nec enim fabula eſt) & flumina, & lacus exſiccati fuerunt, & fermè totã Æthiopiam ignis deuaſtauit, ob eas cauſas quas de planetis igneis dixi. Rarò autem hoc accidit de fulmine, de preſtere, aliiſque ignibus è nube erumpentibus : res nimis nota eſt.

Propoſitio 7. de Nymphis, Faunis, Syrenibus & hominibus in aqua ægrotantibus, & aliis in aqua viuentibus, in terra ſtatim ſanandis, & aliis animalibus ad occaſum verum morientibus.

DIuus Hieronymus in vita Pauli ſcribit hominem equo mixtum viſum & interrogatum barbarâ ſed humanâ voce oſtẽdiſſe iter; & hunc fuiſſe Hippocentaurum. Ibidem alium Satyrum aduncis naribus, fronte cornibus aſperatâ, caprarũ pedibus, humanâ voce loquutum. Idem refert Conſtantino Imperatore allatum fuiſſe tale animal, & cadauer poſtea ſale aſperſo diù fuiſſe conſeruatum.

Michaël Glycas recenſet ſub Mauritio Phoca Imperatore, in Nilo conſpecta duo animalia formâ humanâ, vnum maſculum & alterum femellam, & fuiſſe Syrenes dulciſſimè cantantes.

Alexander ab Alexandro, & Authores apud ipſum probatæ fidei referũt homi-

nem qui diutiùs in mari quam in terra viueret, ſingulíſque diebus & noctibus neceſſe habuiſſe plures horas in mari viuere, alioquin reſpirare non poterat nec viuere. Hic idem in maximis tempeſtatibus maris breuiſſimo tempore quingentorum ſtadiorum iter conficiebat. Ibidem refertur hominem marinum vultu & corpore humano pube tenùs, cætera deſiiſſe in piſcem. Fortè huc referri poteſt quod Pictauienſes de ſua Meluſina in piſcem deſinente referunt. Ibidem recenſetur homo viſus capillo & barba hiſpidis, colore cęruleo ſquammoſus. Theodorus Gaza refert in Peloponeſo viſam Nereidem in littore vultu humano lacrymantem, quæ poſtea miſerantibus aſtantibus in mare proiecta enatauit. Item in Epiro conſpectus Satyrus ſolitus abripere puellas, ſi fortè ſolæ ad fontem illum acceſſiſſent. In Delphinatu in ara quadam toto anno Nymphæ conſpiciuntur, vt refert oculatus teſtis author hiſtoriæ Antonianæ. Nouus orbis refert integras familias Nereidum iter Conſtantinopolitanum refert Cauſacos nobiles Polonos diutiſſimè ſub aquis viuere.

Digitized by Google

Sed cauſa horum omnium quęritur. Philoſophaſtri quidam iſta ad fabulas & ſpectra nobiliſſimis authoribus repugnantibus referunt, quos ſupra citaui. Ergo vel monſtra ſunt, vel potiùs aliquod genus animalium quod loqui poteſt, ratiocinari non poteſt eo modo quo ſupra de Pygmęis retuli.

Hoc mirum eſſe non debet, homines diutiſſimè in aquis abſque reſpiratione more piſcium viuere: Nam nec in cælis reſpirabimus, abſente aëre, nec puellus in vtero matris reſpirat, ex Anatomicis: Nec feminæ Hyſtericæ reſpirant, ex Medicis: & nobilis Hiſpanus cum videretur mortuus, aliquot dies, tamen vixit corde ſolo pulſante, vt conſtat ex Riolano: & multi viſi mortui & ſepulti, qui poſtea reuixerunt.

Illis qui lineam Æquinoctialem in mari ſuperant, ſuperuenit mirabilis morbus ſcorbutus, quo dentes omnes vacillant, gingiuæ putrefiunt &c. quam ſtatim verò deponuntur in terram, ſanantur, vt ſcripſit nobilis Pirard in itinere inſularum Maldiuenſium.

Verus Occidens non eſt ad inſulas for-

tunatas, ſed ad inſulas capitis viridis, vt vocant Azores. Hic pediculi comites nauigantium aliáque animalcula ſtatim emoriuntur; in regreſſu verò ad Orientem reuiuiſcunt: vt notauit Franciſcus Iunctinus in ſphęra.

Propoſitio 8. de hominibus ſaxeis, corneis, carneis, naturaliter ſculptis & artificialiter naturalibus, ſeu de homunculo.

SAxei homines vel in vtero conuerſi fuerũt in ſaxa, vel extra vterum poſtquàm prodierunt in lucem, itaut vel integra corpora ſaxea ſint, vel pars tantum aliqua, vt vterus & mamma. Iterùm vel vera fuerunt oſſa antea, vel cùm non fuerint, natura ipſa produxit ſaxea. Iterùm vel ſunt ita à natura facta, vt quaſi exciſa & exculpta ſint, vel vt tantum in ſuperficie depicta videantur. Horum omnium veriſſima exempla oſtendemus.

Mulier Senonenſis nomine Columbą Chatri fœtum 13. annos in vtero geſtauit & dolore vteri mortua eſt. Cùm autę

diſſecaretur, vt pateſieret cauſa mali, inuentus eſt infans totus lapideus. Ita ſcribit Mauritius Cordeus in Hippocratem oculatus teſtis, & infans adhuc Pariſiis oſtenditur: vt notaui in meis Admirãdis.

Petrus Quentius Medicus Fribulgi Heluetiorum ſcripſit Dolæ in Burgundia in diſſectione mulieris inuentum vterum totum ſaxeum, & quod mirum erat, dum femina viueret, nulla ratione ægrotabat.

Heurnius apud Machium de aquis ſcribit muliebrem mammam Patauii ſibi conſpectam in ſaxum conuerſam, quod cum mortua iaceret mulier, mamma in neſcio quam aquam fuerit inmerſa.

50. Ruſtici mulgentes cum ipſis vaccis fuerunt extincti propter ſubitũ terręmotum, vnde ſpiritus teter exhalans eos in ſalarias ſtatuas conuertit; vt notauit Hiſtoria Nauarrica illius loci.

In ſacris litteris vxor Loth in ſalis ſtatuam fuit conuerſa.

Iam verò de oſſibus non in lapidem verſis, ſed in terra montibuſque ſaxeis, & certa regione productis ſaxeis dicendum. Vt enim in Hybernia ſaxei repe-

riuntur ſerpentes;Ita tùm alibi, tùm potiſſimùm in ſuburbanis Pariſiorum montibus Argentolii reperiuntur oſſa ſaxea: & certè nunquam fuerunt verè oſſa, vt oſtendetur. Sed cùm virtus cæleſtis formatrix, vera non poſſit producere oſſa, ſaltem figuram oſſium ex ſaxo producit.

De hominibus naturaliter ſculptis conſtat Alberto Magno viſum regem coronatum in diſſecto marmore Venetiis.

Conſtat ex itinere Domini *de Breues* in Bethleemitico ſaxo figuram hominis naturaliter ſculptam: conſtat in Burgungundiæ antris Arſiacis non longe Altiſiodoro mirabiles hominum aliarumque rerum figuras à ſculptrice aut pingente natura fuiſſe factas.

Imaginatio materna quamcumque poteſt fœtui figuram aut colorem inducere: & plena omnia ſunt experientiarũ.

Apud Plinium & Andræam Laurentium, ſunt homines cornei, id eſt, quorum oſſa ſine omni medulla ſunt: & hi toto vitæ tempore nunquam ſitiunt.

Apud Hippocratem infans fuit ſine omni oſſe: & certè oſſa nõ ſunt neceſſaria

niſi

niſi ad motum, non autem ad vitam & ad ſenſum.

Impius Paracelſus ex ſemine in cucurbita, quod ſanguine muliebri fouere-tur, lento ſub igne ignem artificialem, quem homunculum vocauit, poſſe produci impiè credidit.

Sed hæc hactenùs.

Excipitbant Guillelmus & Claudius Chenuot *Geermani fratres, Brayenſes, & Antonius Morand Donomarenſis*, 1628.

COSMOGRAPHIÆ SELECTIORA.

PRÆFATIO.

Tantilli homines tam breui perituri, tam anguſtâ mente, talis, tantique mundi tamdiu duraturi, vniuerſas ampliſſimaſq; comprehendere non poſſumus partes: ne tamen otioſi hereamus, ſélectiora & potiora, accurato ſtudio aſſequi ſaltem conemur. Ego hac vigilatarum noctium lucubratione noua vobis ſtudioſi Iuuenes, dummodò faueatis & ſequamini, facem accendam & intrepidus præibo.

CAPVT I.

12. *Mundi, qui apud Authores occurrunt.*

MVndus primus eſt ipſe Deus Author mundi quem nemo vnquam vidit. Ratio eſt, ſi opus alicuius Architecti inſpiceremus, non viſo Architecto, qualis quantúſque Architectus eſſet ignoraremus: Hîc mundum cum intuemur, ipſius Authorem Deum velut mundum primigenium coniicimus, & qualis Deus ſit ignoramus.

2. Mundus eſt Typicus, ſiue exemplaris, ſcil. ille idem Deus, vt rerum creandarum formas in ſe ſe continet omnes: Sicut qui domum ſtruit, mente prius eandem domum excipit, cuius ad imitationem cæteras ædes faciat; ita in Deo ab æterno fuit mundus mente conceptus antequàm mundus crearetur.

3. Mundus Platonicus ſiue idealis, id eſt formarum quarum intuitu Deus effecit mundum. vt enim qui ceræ impreſſurus eſt figuram eam prius in annulo ſculpit: ita Deus poſtquam res omnes mente cō-cepit, modulum aliquem ſiue typum tan-

quam annulum creandarum rerum effecit, & ſic materiam informem quaſi ſignauit formauitque.
4. Mundus eſt Ariſtotelicus, ſpiritalis, nimiùm Angelicus, & vltramundanus: apud Ariſtotelem tantùm ſunt beatiſſimi ſpiritus, qui ſuper extremam cælorum ſuperficiem beatiſſimam ducunt vitam, nec huius mundi limitibus incluſi ſunt, ſed per infinitam infiniti extra mũdum ſpatii amplitudinem diuagantur.
5. Mundus eſt cæleſtis, materialis, licet immortalis tamen in quo omnium rerũ ſublunarium generãdarum virtus admirabilis eluceſcit: & vt in homine quæuis pars alia virtute pollet: ita in quauis cæli parte, alia atque alia eſt cæli poteſtas, vnde fit, vt non omnis ferat omnia tellus.
6. Eſt elementaris quem habitamus, hoc ſolo æternus, quòd nihil in ipſo æternum ſit, & de quo veriſſimè dictum eſt, conſtat æternáque lege poſitum eſt, vt conſtet genitum nihil.
7. Eſt paru' ſeu homo ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei fact', & verè Deus terreſtris.
8. Mundus eſt iſte magnus ordinatus, ſcil. rerum omnium ornatus, complexu ſuo omnia continens.

9. Mundus eſt Democriti, Epicuri, aliorumque, ſcil. extra hunc mundum infinitos alios eſſe docuit: vnde Alexander dolebat à ſe nondum eſſe deuictum, vel vnicum mundum: quemadmodum in vaſto agro vnum tãtum naſci floſculum non veriſimile videtur: ita in infinito ſpatio vnicum tantùm eſſe hunc mundum, improbabile credebant.
10. Author fuit Manes, duo eſſe vniuerſa, ſeu duos mundos, ſeu duplex ſæculũ & gentem; vnum quidem Lucis, in quo Eudemones, ſiue Angeli boni à Deo bono conditi habitarent: alterum eſſe mundũ Tenebrarũ, in quo Cacodæmones à Deo malo creati, ſeu à principe tenebrarum, habitarẽt. Sed hic eſt error intolerabilis.
11. Mundus eſt Saracenorum, ſcil. arbitrantium mortuos extra mundum hunc, in alio habitare.
12. Eſt Chriſtianorum, qui ſuadent mundum iſtum eſſe innouandum, & omnia perfectiora futura: Ita nimirùm, vt ex vermibus & formicis volatilia perfectiora ſcil. fiunt: ita omnia perfectiorem habitura formam & perfectionem poſt extremum iudicium docent.

CAPVT II.

De anteriori ſuperiori, dextra parte Mundi, & quibuſdam proprietatibus Phyſicè.

ELementa reſque aliæ non viuentes ex ſua natura, nec antè, nec retrò, nec dextrum, nec ſiniſtrum, &c. habent.

Plantæ ſurſum habent eam partem qua alimentum hauriunt, ſcil. radices; deorſum eam partem, quâ folia emittũt.

Surſum tamen abſolutè eſt quò res leues pergunt, ſcil. cælum: deorſum abſolutè eſt, quò pergunt grauia, vt eſt centrum mundi.

Surſum & deorſum ſpectantur ſecundum longitudinem in animalibus, dextrum verò, & ſiniſtrum ſecundum latitudinem: ante & retrò ſecundum profunditatem. Homo habet latitudinem duplam profunditati, & longitudinem duplam latitudini, & triplam profunditati, ſi à capite ad imum ventrem menſuremus. Surſum igitur eſt principiũ lon-

gitudinis, & eſt cor calidius: Vnde viri ſuperiores partes corporis habent maiores propter calorem; feminæ autem infernas partes propter frig⁹ terreſtre maiores habent. Vnde & viri cum decidunt, ordinariè in humeros & ſuperiores partes decidunt; feminæ in inferiores. Dextrum autem eſt in animalibus, vnde ſe motus explicat: & ſiniſtrum eſt non quidem figurâ oppoſitum, ſed virtute inferius. Motus autem dextra parte incipit propter maiorem partis calorem & ipſum cor vergens ad dextram partem. Hinc potior vſus eſt in motu dextræ partis quàm ſiniſtræ, & omnia animalia dextrum pedem priùs mouent, quàm ſiniſtrum. Hinc etiam partes motui deſtinatæ, vt pedes, alæ, manus, lateribus potiùs adhærent quàm parti anteriori! &c. pars anterior eſt à qua eſt principiū motus ſenſitiui; poſterior autem pars ea, in quam motus deſinit, ſcil. memoria.

Quæritur ergo vtrum mundus habeat Surſum, deorſum; & quæ ſit pars dextra, quæ anterior, &c. mundi.

Phyſici vnà cum principe Philoſophorum, reſpondent dextram partem cœli & mundi eſſe orientem; ſiniſtram occiden-

tem. Nam pars dextra eſt,vnde incipit motus: mouetur autem mundus ab Oriẽte in Occidentem: ergo Oriens eſt pars dextra: nec enim fruſtra ita ordinatum eſt, vt ab Oriente potiùs ad Occasũ moueretur: non à meridie aut à ſeptentrione,quia nimirùm præſtantior virtus eſt Orientis quàm Occidentis.

Verùm obiic. Vbique eſſe Orientem, & Occidentem,quia vbique Sol oritur, vbique occidit. Etenim & nobis in Gallia oritur, & occidit; & Hiſpanis oritur,& occidit: ergo vbique eſt Oriens, & Occidens: ideoque vbique pars dextra & ſiniſtra mundi.

Reſpondeo,Oriens non ſpectatur ſecundùm regiones aut aſpectum noſtrum,ſed ſecundùm horizontem terræ habitabilis:ſed Occidens verum eſt non in inſulis Canariis, vt vulgus Geographorum docet, ſed eſt in Meridiano inſularum Azorum,in quo acus magnetica ſe rectè vertit ad polos mundi: alibi enim deuiat à polis mundi. Quod autem hîc ſit verum Occidẽs,pulcherrimis hiſtoriis oſtẽdi poteſt. Narrat Gõzalus de Ouiedo quod ad partes Occidentales ſæpiùs na-

uigarit, & cùm perueniſſet ad iſtius Meridianum, ſemper viderit acum magneticam rectam: & quod omnia animalcula & culices, pulices, pediculi, qui frequentiſſimi erant in nauibus, & veſtimenta, corpora, capitáque replebant, fuerint omninò mortui; & ſic permanſerint, donec à partibus Occidentalibus redeuntes in Hiſpaniam & peruenientes ad hanc lineam, omnia illa animalcula iterùm per naues ſupráque veſtimenta, capita & corpora reuixerint. Quod nullibi alibi contingit: ergo illic eſt verum Occidens. Ideóque verum Oriens erit quod diſtat 80. gradibus verſus Orientem in Æquinoctiali circulo circa promontorium Satyrorum.

Pars ſuperior mundi eſt polus antarcticus: inferiora autem eſt polus noſter arcticus: nam ſi dextra pars mundi ſit Oriens, oportebit imaginari ſuperiorem partem eſſe polum antarcticum. Cogita enim hominem iacentem, & moueri à dextra ad ſiniſtram, ſicut ab Oriente ad Occidentem, certè ſuperior pars erit polus antarcticus.

Obiicies multo plures ſunt & inſi-

gniores ſtellæ in polo noſtro arctico: ergo noſter polus potiùs erit pars ſuperior, ſicut plures ſunt ſenſus in capite quàm in pedibus.

Reſpondeo, ad meridiem eſſe fontem virtutum omnium ſolem, & cum eo ſeptem planetas vitæ authores: ideóque in meridie prẽſtantiora ſunt aſtra.

Pars anterior mundi eſt ſuperficies circa meridiem, & polus arcticus poſterior verò eſt circa Septentriones ſuperficies, &c.

Sed iam miræ proprietates notandæ ſunt reſpectu harum partium mundi.

Mores hominũ aquilonarium ſunt lupini propter calorem cordis coactum à frigore extrinſeco. Homines meridionales ſunt leuiſſimi. Illi verò qui interſtitiũ habitant inter iſtas plagas temperati ſunt: & quod Vitruuius de Romanis, hoc aptiùs de Gallis dici poterit: ait enim ideò imperiũ Romanorum cæteris diutiùs floruiſſe, quòd Romani cõtra meridionalium aſtutiam, audaciam fortitudinemque opponerent, & aquilonarium robori prudentiam & ſapientiam. Sed cùm vnum omnium diutiſſimè du-

ret Regnum Gallicanum, rectiùs illi accommodari poterit.

Tam illì qui in meridie, quàm qui ſub aquilone habitant, ſunt moribus, vultu, & aſpectu efferi, quia optima temperies & corpori & intellectui prodeſt: exceſſus autem frigoris & caloris contrarium faciunt.

In Oriente potiſſimùm ſunt gemmæ præſtantiores, item flores, vt illi qui de Mecha ſcripſerunt, incredibiles Europęis odores tradant. In Meridie medicamenta ſunt præſtantiora; in Septentrione lapides metalláque rudiora. In Occidente colores fuſci Item ab Oriente & Septentrione venti altiores, ſicciores aut frigidiores, & ſereni. Item Oriens & Septentrio partes ſunt altiores mundi: vnde proprio quodam motu omnia maria ab Oriente in Occidentem: item à Septentrione in Meridiem mouentur: Vnde, cæteris paribus, nauigationes diuturniores ſunt à Meridie in Septentrionem, & ab Occidente in Orientem: imò fermè omnes magni fluuii ab Oriente in Occidentem, aut à Septentrione ad Meridiem fluunt: In

Europa habemus maximum fluuium Danubium, qui ex Occidente in Orientem labitur per ſeptingentas leucas: ideóque quaſi miraculum naturæ eſt tantum flumen in Orientem labi. Meridies autem & Occidens habent ventos humiliores, calidos & humidos, & maria pluria atque altiora. Certum enim eſt mare Mediterraneum, quò magis ad Meridiem & Occidentem pergit, eſſe altius. In Septentrione altiores montes. In Occidente & Septentrione non tantum altiſſimi montes, qui Europęis Alpibus comparati tantùm eas ſuperant altitudine, quantùm magna turris ruſticum tugurium ſuperat. Et vt in Meridie plurimæ ſunt aquæ, ita in Septentrione & Occidente plurimi, & ingentes ſunt ignes ſubterranei inmenſis vorticibus; & vocant ignes huiuſmodi Vulcanios: & certè in Iſlandiam ons Hecla ad plurimas leucas ardet, cinereſque, fulgur, tonitru, lapides ſpargit.

Ad Septentrionem corpora hominũ maiora ſunt, minora ad Meridiem. Timidi homines qui loca calida, & meridionalia incolũt: fortes verò qui Septen-

trionalia incolunt. Maximè febribus obnoxiæ gentes Septentrionales : ideóque vulnera non timent, ſed febres: Gentes Meridionales vulnera timent, febres non, quibus fermè nunquam capiũtur. Et cauſa eſt frigus quod circum obſiſtit, calorem continet, ſanguinémque auget & corpus amplificat. Calor autem Meridionalium educit, & laxat calorem adeóque corpora frigidiora facit. Similis ratio eſt cur hyeme loca ſint calidiora ſubterreſtria, æſtate verò frigidiora. Hinc Meridionales temperantes & ſobrij : intemperantes autem Septentrionales, quòd nimirùm cibo potúque calorem internum temperare velint. Et hoc potiſſimùm quòd calor internus deuoret & abſumat, nimiſque calefaciat. Vnde Meridionales prouerbiis inſequũtur, & dicteriis Septentrionales. Dicunt enim Orientaliores Grçcos pergræcari: Græci dicũt largè, liberè, ſcyticè bibere: & Itali Gallos, Galli Germanos intemperantiæ accuſant hoc communi diſticho.

Nil comedis Germane, bibis benè : nil bibis Angle ſed comedis : comedis Flandre, bibiſque benè.

In locis calidioribus diutiùs viuunt quàm in locis Septentrionalibus. Nam mors eſt quædam putredo ordinariè: rarior autem eſt putredo in corporibus ſiccis, qualia ſunt incolentium regiones calidas: frequentior autem eſt in corporibus humidis, qualia ſunt Septentrionalium.

Ad Septentrionem oculi omnium ferme glauci, & eſt ſignum caloris. Meridionalium nigri, ſignum frigoris & abſentiæ lucis. Illi verò qui medias habitant mediis, & caprinis oculis; quæ ſigna ſunt leuiorum morum, & aciei ad videndum.

In locis calidioribus & capillis ſunt criſpis, & imbecillitate pedum laborant: verſus Septentrionem ſunt flauis capillis, & robuſto corpore ob calorem.

Sub Tropicis & ad Septentrionē extremum ſunt fuſco corpore: qui verò paulùm diſtant à Septentrione, ſunt colore capilliſque rufis ordinariè, vt ſunt Gothi, Sueci, &c. Ita etiam qui paulùm à Tropicis diſtant, ſimili ſunt colore. Qui verò intermedii ſunt, albo ſunt colore magis minuſque, prout ad Septentrionem aut ad Meridiem accedunt. Vnde Galli ple-

trionalia incolunt. Maximè febribus obnoxiæ gentes Septentrionales: ideóque vulnera non timent,ſed febres: Gentes Meridionales vulnera timent,febres non,quibus fermè nunquam capiũtur. Et cauſa eſt frigus quod circum obſiſtit, calorem continet, ſanguinémque auget & corpus amplificat. Calor autem Meridionalium educit, & laxat calorem adeóque corpora frigidiora facit. Similis ratio eſt cur hyeme loca ſint calidiora ſubterreſtria,æſtate verò frigidiora. Hinc Meridionales temperantes & ſobrij: intemperantes autem Septentrionales, quòd nimirùm cibo potúque calorem internum temperare velint. Et hoc potiſſimùm quòd calor internus deuoret & abſumat,nimiſque calefaciat. Vnde Meridionales prouerbiis inſequũtur,& dicteriis Septentrionales. Dicunt enim Orientaliores Grçcos pergræcari: Græci dicũt largè, liberè, ſcyticè bibere: & Itali Gallos, Galli Germanos intemperantiæ accuſant hoc communi diſticho.

Nil comedis Germane, bibis benè: nil bibis Angle ſed comedis: comedis Flandre, bibiſque benè.

In locis calidioribus diutiùs viuunt quàm in locis Septentrionalibus. Nam mors eſt quædam putredo ordinariè: rarior autem eſt putredo in corporibus ſiccis, qualia ſunt incolentium regiones calidas: frequentior autem eſt in corporibus humidis, qualia ſunt Septentrionalium.

Ad Septentrionem oculi omnium ferme glauci, & eſt ſignum caloris. Meridionalium nigri, ſignum frigoris & abſentiæ lucis. Illi verò qui medias habitant mediis, & caprinis oculis; quæ ſigna ſunt leuiorum morum, & aciei ad videndum.

In locis calidioribus & capillis ſunt criſpis, & imbecillitate pedum laborant: verſus Septentrionem ſunt flauis capillis, & robuſto corpore ob calorem.

Sub Tropicis & ad Septentrionē extremum ſunt fuſco corpore; qui verò paulùm diſtant à Septentrione, ſunt colore capilliſque rufis ordinariè, vt ſunt Gothi, Sueci, &c. Ita etiam qui paulùm à Tropicis diſtant, ſimili ſunt colore. Qui verò intermedii ſunt, albo ſunt colore magis minuſque, prout ad Septentrionem aut ad Meridiem accedunt. Vnde Galli ple-

rique, Germani &c. albi, capilliſque flauis. Quod autem & ſub Septentrione & ſub Tropici ſint fuſci, hoc accidit contraria ratione. Nam & nimium frigus adurit & nimius calor.

In locis calidioribus magis prudentiâ ſapientiâque valent: Septentrionalium autem mentes torpent & ſtupent, quod frigus iners eſt, & mentes ipſorum immerſæ ſunt in nimio humido. Qua ratione etiam ſenes ſapientiores ſunt quàm iuuenes. Naturâ ſicut ſerpentes æſtate mobiliſſimi ſunt, hyeme autem ob frigus & humiditatem torpent: ita mentes Meridionalium ad omnia promptæ & pueriles. Vnde & pleræque ſcientiæ, præſertim Aſtrologia & Magia naturalis ab ipſis eſt. Septentrionales autem non niſi ad mechanica aptiores: vnde Germani tantùm Typographiæ & tormentorum æneorum Authores, vt non malè dictum ſit Germanorum induſtriam eſſe in digitis. qui verò intermedii ſemper ſtudia eloquentię, poëticæ, &c. incolunt.

In Septentrionalibus, vt in Frieſlãdia, Lappia, dæmones & Magi plurimi ita ut publicè

publicè ad ſcholas conueniant in monte altiſſimo, & illic doceantur præſide dæmone, ibiq; ſunt homines Dii *Lares* dicti adhuc hodie: item in Occidente viſibiliter dæmon homines caſtigat, vt priora ex dilecto Cranzio habemus, & poſteriora ex Lerio & Benſone.

Licet non maior ſit diſtantia ab vno polo ad alium quam ab Occidente in Orientem, vocatur tamen longitudo mundi ab Occidēte in Orientem, & latitudo à polo ad polum. Ratio eſt, quod mundus ab occidente in orientem potius habitari inceptus ſit quam à Septentrione in Meridiem: & Ariſtoteles refert in problematibus fuiſſe omninò quondam partes Septentrionales ſubmerſas quod conſtabit cum de aquarum diluuiis dicam. Hoc enim notandum eſt hominum mutationes ſiue locorum potius à Septentrione in meridiem quam è contra: & ab Occidente in Orientem fieri, vt conſtat ex tot inuaſionibus gentium non enim Galli in Germaniam, nec Germani in Scythiā, ſed Scythæ in Germaniam, & hi in Galliam nouas ſedes quæſituri proficiſcuntur.

rique, Germani &c. albi, capilliſque flauis. Quod autem & ſub Septentrione & ſub Tropici ſint fuſci, hoc accidit contraria ratione. Nam & nimium frigus adurit & nimius calor.

In locis calidioribus magis prudentiâ ſapientiâque valent: Septentrionalium autem mentes torpent & ſtupent, quod frigus iners eſt, & mentes ipſorum immerſæ ſunt in nimio humido. Qua ratione etiam ſenes ſapientiores ſunt quàm iuuenes. Naturâ ſicut ſerpentes æſtate mobiliſſimi ſunt, hyeme autem ob frigus & humiditatem torpent: ita mentes Meridionalium ad omnia promptæ & pueriles. Vnde & pleræque ſcientiæ, præſertim Aſtrologia & Magia naturalis ab ipſis eſt. Septentrionales autem non niſi ad mechanica aptiores: vnde Germani tantùm Typographiæ & tormentorum æneorum Authores, vt non malè dictum ſit Germanorum induſtriam eſſe in digitis. Qui verò intermedii ſemper ſtudia eloquentię, poëticæ, &c. incolunt.

In Septentrionalibus, vt in Frieſlãdia, Lappia, dæmones & Magi plurimi ita ut publicè

publicè ad ſcholas conueniant in monte altiſſimo, & illic doceantur præſide dæmone, ibiq; ſunt homines Dii *Lares* dicti adhuc hodie: item in Occidente viſibiliter dæmon homines caſtigat, vt priora ex dilecto Cranzio habemus, & poſteriora ex Lerio & Benſone.

Licet non maior ſit diſtantia ab vno polo ad alium quam ab Occidente in Orientem, vocatur tamen longitudo mundi ab Occidẽte in Orientem, & latitudo à polo ad polum. Ratio eſt, quod mundus ab occidente in orientem potius habitari inceptus ſit quam à Septentrione in Meridiem: & Ariſtoteles refert in problematibus fuiſſe omninò quondam partes Septentrionales ſubmerſas quod conſtabit cum de aquarum diluuiis dicam. Hoc enim notandum eſt hominum mutationes ſiue locorum potius à Septentrione in meridiem quam è contra: & ab Occidente in Orientem fieri, vt conſtat ex tot inuaſionibus gentium non enim Galli in Germaniam, nec Germani in Scythiã, ſed Scythæ in Germaniam, & hi in Galliam nouas ſedes quæſituri proficiſcuntur.

Cum quatuor ſint præcipuæ mundi partes, ab omni fermè æuo hoc notatum eſt.

Affricana periuria.
Aſiatica luxuria.
Europæ inimicitię.
Americæ diuitiæ.

Ex venerabili Beda hæc notatu digna ſunt. Homines in Oriente voces, & verba collidunt in pectore, & gutture, vt ſunt Syri & Hebræi. Occidentales in dentibus & labiis voces quaſi frangunt, vt ſunt Hiſpani, Galli, Itali: intermedii in palato ſonant vt Græci & alii.

Ex Vitruuio muſica hæc hominum pro varietate locorum notanda eſt. Septentrionales habent grauiores voces, & vt vocamus baſim ſeu baſſum nempè propter grauiora maioraque corpora. Meridionales ob paruitatem corporum habent exiles voces, & vt vocant ſonant ſuperius ſeu Diſcantum: Qui verò intermedii ſunt, mediam loquelam, & vt vocant Tenorem loquūtur. Hoc autem accidit quod Meridionaliores ſint ſicciores, Septentrionaliores autem ſunt humidiores. Sicut ſi duo vaſ-

cula habeas eiuſdem materiæ & ponderis, & poſtea vnum humectes certè grauius ſonabit. Contraria etiam ratio eſt, in arboribus ex Apuleio. Nam altiores tenuem & exilem ſonum excitant ventis, & grauiorem verò quò arbores ſunt humiliores.

Elephantes, extra primum & ſecundum Clima non generant, nec leones extra tertiũ & quartum ex Alberto Magn.

Inter duos polos medius eſt Æquator ſiue linea æquinoctialis: & ibi potiſſimum cenſetur Dei ſedes ex Ariſtotele & videtur vocari poſſe cælum cælorum, quia potiſſima admiranda ſub linea, æquinoctiali fiunt ſcil. Eclipſes, & æquinoctia, & mutationes temporum & corporum humanorum, &c.

Et quia perpetuò noſtrum polum aut ſaltem ſtellam polarem videmus operæpretium eſt, tum ſtellam polarem, tum ipſummet polũ cognoſcere. Serena igitur nocte verte te ad Septentrionem, id eſt vt à parte dextra habeas Oriẽtem, à ſiniſtra Occidẽtem, illic videbis vrſam minorem ſcil. ſtellis ſeptem inſignem, vltima eſt polaris, & hoc modo ſtellæ tibi

apparebunt *****. Iam concipe inter duas ** poſtremas ſtellas quarum, vltima eſt polaris triãgulum æquilaterum in ſuperiori angulo verſus Septentrionem infallibiliter eſt polus vt rectè Franciſcus Iunctinus docuit, polus inquam qui magnetem ad ſe conuertit, & aquas ad Meridiem repellit. Lubet hoc experegrinationibus in terram ſanctam aſcribere, quod Chriſtus Dominus in cælum aſcenſurus faciem non ad Meridiem ſed ad Septẽtrionem cõuerterit. quod conſtat ex Sanctis Sanctiſſimorum pedum veſtigiis monti impreſſis quæ adhuc conſpiciuntur.

CAPVT III.

De duratione Mundi.

LIcet ex calculationibus hiſtoriæ ſacræ conſtet à Natiuitate Mundi hoc anno Chriſti 1629. eſſe tantum quinque mille ſexcentos, viginti nouem annos. Nihilominus tamen nullum eſt Phyſi-

cum aut Aſtronomicum argumentum quò probare poſſimus mundum antea non fuiſſe. Et licet Chriſtiani credamus mundum igne periturum, aut ſaltem innouandum & purgandum, nullum tamen huius rei Coſmogtaphicum aut Phyſicum argumentum extat, imò Ægyptii & Chaldæi olim dixerunt ſe habere ſcientiam quadrigenties ſeptuagies mille annorum obſeruationibus cõprobatam: & hodie Indi Orientales multò, plures annos à Mundi natiuitate numerant. Deinde licet Ioſephus in antiquitatibus referat duas fuiſſe ſtructas columnas, vt vna aquæ ſupereſſet, altera igni, nullum tamen huius rei eſt argumentum. Imò ſi ſeponamus fidem noſtram Chriſtianam videtur ſæpius, ſi non totũ Mundum, ſaltem aliquas partes iam incendio perire, quale fuit ſub Phaethonte rege cum Æthiopia exuſta fuit: item diluuium illud Deucalionis quod tota Gręcia fermè ſubmerſa fuit. Deinde conſtat plurimis in locis Mediteraneis in profundo terræ naues reperiri, item in ipſis montibus etiam propè Pariſios Argéntolii in ipſis ſaxis oſſa

humana effoſſa eſſe quod ſignum eſt aliquibus Mundum continuò perire, iam aquâ, iam igne: naturaliter tamen totus Mundus conflagrare non poteſt, immenſitas enim maris obſtat: nec poteſt totus diluuio perire montibus obſtantibus.

Reſpondeo non eſſe argumentum certum, id quod afferunt ſucceſſiuè Mũdum iam per diluuium ignis, iam per diluuium aquarum perire. Nam ſi Mundus ſic periret non poſſet natura reſtaurare, & procreare animalia perfectiora plantaſque perfectiores: licet in hac opinione fuerit Auicenna qui ex concurſu, & nouis conſtellationibus plantas, & animalia omnia ex terra poſſe produci affirmauit. Nam impium eſt credere ex concurſu ſtellarum poſſe hominem quemadmodum & mures produci. Deus enim ſolus animam humanam creat, & humano corpori infundit. Verum quidem eſt poſſe à cœlis produci noua animalia, ſed non perfectiſſima: ſic ex vligine aquarum piſces, ſic ex fimo ſcarabæi, ſic ex madore aëris papiliones, locuſtæ, cicadæ, ſic ex lignorum carie teredines, ex tritico gurguliones: ex medul-

la cardui vermiculi ad febrem quartanam conducentes producuntur. Sed quænam animalia perfecta cœlum non poſſit producere, nemo mortalium nouit.

Argumentum de oſſibus mortuorum ſupra allatum non probat. Primo quia poſſent aliquando montes vicini, valles obruere, & ſic ſi fodiantur montes, oſſa reperientur. Nec aliud nobilius exemplum eſt quam quod ſuperioribus annis in alpibus Rheticis montes Pluriũ, *Pleurs* obruerint vniuerſum. Iam ſi memoria deleatur huius rei, illi qui aliquãdo fodient, reperient adhuc oſſa hominũ. Secundò natura ipſa ſolet ſimiles efficere figuras ex lapidibus quas figuras vocant Gamahæos, ſeu ſigilla lapidum: Eadem natura in plantis ſimiles figuras efficit in Filice *Fougere*, reperitur figura aquilę: & iam herba paſſionis celebris eſt, in qua ſimilitudinis quædam myſteriorum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti reperiuntur. Tertiò verum eſt aliquando mare irrumpere in medias terras, & aliquando ex terris recedere, & ideò nouas valles, nouoſque montes poſſe fieri, ideó-

que illic oſſa mortuorum eſſe. Sed non eſt credibile Argentolii prope Pariſios aliquando fuiſſe mare Mediterraneum aut Oceanum de qua re infrà pluribus.

Argumentum illud quod afferunt naues, remos &c. inuentos in altè effoſſa terra non probat. Licet enim aliqua loca mare deſerat ideóque talia veſtigia reperiantur: tamen hoc non eſt ſignum diluuii vniuerſalis. Nam etiã patrũ memoria mare Puteolis deceſſit, & Zelandiam fermè vniuerſam obruit. Deinde Albertus Mag. in proprietatibus locorum refert ſuo tempore cum altiſſimæ foderentur foueæ Coloniæ veſtimenta, & ornamenta mirabili ſchemate fuiſſe reperta, quia nimirum ea quondam ibi fuerunt defoſſa, poſteà terræmotu &c. Ædificia corruerunt & ſic paulatim fuit congeſta terra.

Afferunt aliud argumentum nos nullas habere hiſtorias quæ referant plures Mundi annos quam Moyſes retulerit. Ariſtoteles ſic reſpõdet tot fuiſſe ab omni æuo mutationes gentium, & peregrinationes. Item linguarum tot fuiſſe interitus, tot particularia diluuia, & in-

cendia, tot terræmotus, vt certè hiſtoriæ ſi quæ fuerint, potuerint deleri. Et certè hodie Gallica antiqua lingua, & Druidarũ ignoratur: item hieroglyphica Ægyptiorum legi non poſſent: item hierogrammata Epheſiorum exceptis 7. litteris omnia perierunt. Præterea non apud omnes gentes literarum vſus fuit. In Indiis enim occidentalibus antequam Chriſtiani eò commigrarent ſolis lapillis, & ſolis funiculis variegatis memoriam rerum conſeruabant. Et Tacitus refert ſolas cantilenas verſibus inconditis fuiſſe hiſtoriam Germanorum.

Argumentum aliud proferunt nos nouiſſe authores omnium ſcientiarum. Mundus igitur non videtur multò tempore ante fuiſſe, non enim eſt credibile Mundũ artibus neceſſariis, caruiſſe, ſed hoc argumentum nihili eſt. Etenim tãtum nouim⁹ aut Inſtauratores ſcientiarũ, aut eos qui primi in aliquam regionem ſcientias intulerunt. Deinde eædem ſcientiæ à diuerſis inueniri poſſunt, in diuerſis locis, & diuerſis temporibus, vt conſtat de Typographia & ab Indis, & à Germanis inuenta.

Afferunt quod mundus ſeneſcat: ergo

tandem peribit naturaliter. Hoc falſum eſt, quia hodie tandiu viuimus, quandiu vixerunt tempore Dauidis. Hodie corpora æquè magna ſunt ac tẽpore. Chriſti Domini quod ex reliquiis ſanctorum, & monimentis veterum Romanorum conſtare poteſt.

Quod ſi aliquod argumentum magnæ mutationis in mundo afferre libet, maxime illud erit, quando aſtra omnia ad eundem ſitum redibunt, quod poteſt fieri poſt 36000. & vocatur annus magnus reuolutionum. Vt enim cum ſol ſingulis annis ad idem punctum redit eſt mutatio: Ita cum aſtra omnia ad idẽ punctum redibunt, maxima erit mundi mutatio. Sed hinc nemo poteſt coniicere mundi finem, quem Deus nos ignorare voluit.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Mundus eſt tria & in quouis quoduis eſt.

ARiſtoteles primo de mundo & cælo cum de perfectione mundi tractat, ait eum eſſe perfectiſſimum quia inquit, *tria ſunt omnia*, vt ergo perfectio mundi monſtretur, oportet declarare, quo modo tria ſint omnia, ſiue quomodo vniuerſum, ſiue mundus ſit tria. Per ſelectiora tantum oſtendam.

Vnus eſt Deus in Trinitate perſonarum.

Tres à condito orbe ſunt religiones vna colit vnum Deum abſque Trinitate & Iudæi & Mahometani: Alia colit pluralitatem Deorum abſque vnitate, vt ſunt Gentiles omnes: alia colit vnum Deum in multitudine perſonarum auguſtiſſimæ Trinitatis, vt ſunt Chriſtiani.

Tres ſunt ordines Angelorum omniũ, ſcil. ordo aſſiſtentium, & quaſi aulicorum Dei in ſolo Dei contemplatu occu-

patorum: Alius ordo eſt rectorum mundi ſiue motorum, tam cæleſtium quam rerum inferiorum quibus præſunt præſertim verò mari, terræ, & variis plagis. Alius ordo eſt legatorum, ſiue Angelorum, qui à Deo ad nos, & à nobis ad Deum mittuntur.

Triplex cognitio per quam Deus omnia perficit ſcil. ſenſus, qui nos velut manu ducit: ratio qua indagamus verum ex his ad quæ nos ſenſus duxit. Intellectus quo contemplamur verum inuentum.

Triplex Dei cultus ex Pythagora adoratione, hymnis & thure: adoratione quidẽ & ſacrificiis propter reuerentiam. Thure, propter diſtributionem ſuauiſſimam virtutum cæleſtium & ſupercæleſtium: Hymnis non tam propter conſonantiam harmoniæ cæleſtis quàm propter harmoniam Angelicam.

Triplex adoratio eſt ab omni æuo ſcil. ad Orientem quomodo Pythagoræi & Philoſophi omnes vnà cum Chriſtianis ad Orientem potius ſe conuertunt, quod inde incipiat motus diurnus: Ad Meridiem quo modo Mahometani & Triſ-

megiſtus adorant, propter viuificum lumen Planetarum, quia in circulo Æquatoris potiſſimum Ariſtoteli videtur habitare Deus propter celerrimum motum: Ad Occidentem quomodo quondam Iudæi ſoliti adorare.

Tria ſunt quibus vniuerſa diſpenſantur, reguntur & ordinantur, ſcil. fatum ſeu prouidentia, neceſſitas, & ordo. Prouidentia ſemina rerum ſpargit: Neceſſitas explicat, ordo ordinat.

Omnis eſſentia, ſeu forma, ſeu perfectio eſt, omne, eſt totum, eſt completum: quatenus enim v. g. perfectio hominis in ſingulis hominibus reperitur, hoc modo homo eſt omnis: quatenus verò perfectio hominis eſt in quauis parte hominis, hoc modo homo eſt totum ſeu totus: Quatenus verò materiam rudem indigeſtam & informem perficit, hoc modo homo eſt completus ſeu completum.

Triplex eſt Empyreum in quo immobili ſedes quieta Angelorum & hominum: Aliud cælum primum mobile; & aliud cæli Planetarum.

Triplex eſt ignis elementaris, terreſtris, & ſubterreſtris ſeu inferus.

Triplex eſt aëris regio, ſuprema ſemper ſerena, quò nec fulmina, nec tonitrua, nec pluuiæ pertingunt, nec venti. Conſtat ex Ariſtotele & Alexandro Aphrodiſienſi cum in ſummis montibus ſacrificaſſent, & relicti fuiſſent cineres ſequenti intactos repertos fuiſſe: quæ regio tam ſubtilis, vt nec plantæ, nec animalia illic viuere poſſint, vt conſtat ex altiſſimis illis montibus in America inter Panama & Nombredios. Alia regio eſt media ſedes tempeſtatum pluuiarum, nubium perpetuò turbida, frigidaque ita ut quouis tempore anni fermé, ſi non reperiantur niues ſaltem glacies reperiatur immenſa, vt conſtat ex Alpibus in quibus hæ glacies & quaſi montes glaciei ſolenniter vocantur accolis Alpium Germanicis Gletſcheri. 3. Regio eſt infima ſedes animalium calida, attamen quò animalia & plantę ſuperiorem huius regionis partem incolunt eò ſunt viuidiores, vegetiores, coloratiores, præſtantiores, mobiliores: quò vero inferiorem incolunt eò ſunt pallidiores, minus vitales &c. vt conſtat tam ex herbis quam hominibus, butyro, lacte, vitibus &c.

Digitized by Google

Triplex eſt aqua cæleſtis, ſiue illa verè ſit ſupra cęlos vt videbitur, ſiue ſit pluuia: ſiue ſit catharacta cælorum, ſiue catharacta nubium: Alia eſt aqua fluuia, ſiue ſupra terram, alia eſt aqua putealis, ſiue infra terram: pariter etiam triplex eſt tantum mare vniuerſi mundi: mare magnum: mare Mediterraneum, mare Caſpium: Hoc nunquam exundat licet maximi fluuii in illud influant, vt Volga, & quod per ſubterraneos ductus ſpatio 90. leucarum in mare Mediterraneum exoneretur: Mare autem Mediterraneum non habeat acceſſum & receſſum, niſi in aliquibus locis, vt Venetiis ad vnum alterũque pedem attollitur & deprimitur, vt ex Gaſpare Cõtareno didicimus. Mare verò magnum præter æſtum habeat motum ab Oriente ad Occidẽtem. Item mare vel ſit album, vel nigrum, vel rubrum, vt ex domino *de Breues*, didicimus, & vnde Turcarum Tyrannus, ſe dominum ſcribit marium albi, nigri, rubri: & verè videtur ob hanc triplicitatem rectè aſſignari tridens Neptuno.

Tres partes orbis veteris, tres partes noui orbis, ſcil. America, & terra Anti-

polaris poſt terram Dęlfuagos, ſiue poſt fretum Delmaire, & terra polaris nundũ cognita poſt nouam Zemlam, & tres ſunt terrarum regiones, ſuperior, in qua aër, inferior inqua aqua, poſtrema & infima inqua ignis.

Tria ſunt corpora & loca ſcil. ſummum & eſt cælum: immum & eſt terra: medium & eſt aër.

Tres ſunt omnium rerum materiæ: 1. informis. 2. quanta. 3. ſignata ſiuediſpoſita.

Tres ſunt formæ tantum non viuentes, forma elementaris, meteororum, & mixtorum perfectorum, vt lapidum & metallorum.

Tres tantum communiter ſunt animę, vegetans, ſentiens & rationalis.

Triplex tantum eſt motus, ſurſum deorſum & circularis.

Triplex tantum ſubſtantia, materialis, ſpiritalis, media vt homo.

Triplex tantum dimenſio, longitudo, latitudo, & profunditas.

Tria ſunt omnia, principium, mediũ & finis.

Triplex tantum accidens. Vnum in ſubiecto,

ſubiecto, alterum ad ſubiectum, vt relata: aliud circa ſubiectum vt tempus, veſtis &c.

Et quod mirum eſt in omni penitus re triplicitas reperitur, vel potius Trinitas: vt animal, vel eſt rationale vt homo, vel irrationale, vt brutum vel nec rationale nec irrationale, vt animal genericum. Ita res vel eſt creata vt creatura, vel increata vt Deus, vel non creata, vt ſunt rerum eſſentiæ. Hoc modo Philoſophi omnes experiri poſſunt in quauis re Trinitatem.

Et quia in Gallia docemus, Trinitas hic etiam oſtendenda eſt.

Sunt tres Galliæ, Aquitanica, Belgica, Celtica. Sunt tres Galliæ, Ciſalpina, Tranſalpina, Inalpina. Sunt tres linguæ Indigenæ, Biſcaina, Britonica & Belgica. Sunt tres linguæ aduentitiæ Græca, Latina, Franca. Sunt tres ordines Eccleſiaſticus, Nobilitatis & Populi. Sunt tres Regiæ ſtirpes Merouingea, Carolomagna, Capeta. Triplicéſque ſapientes fuere Druidæ, Bardi, Eubages. Triplex Reſp. principum ante Pharamondum, Imperatorum in 2. ſtirpe, & Regum tres

ſancti Reges potiſſimum, Clodoueus in 1. ſtirpe Regia, Carolo magnus in 2. & ſanctus Ludou. in 3. tria communia habent Galli cælitus delapſa ſcil. phiala, bipennis liliformis, aratrum cum iugo, primorum Regum potiſſimum inſignia cum boues aratores currum traherẽt. Et certè non fruſtra à Plinio notatum ex omnibus frumentis quę Romam olim inuehebantur Gallicum fuiſſe iudicatum leuiſſimum ideóque & præſtantiſſimum: & referunt hodie quidam optimum panem Romanum dictum Ilpapalino ex frumento Gallico eſſe.

Iſtis ſic enumeratis oſtendere lubet omnia quæ in terra reperiuntur, ſupra terram in aëre reperiri: & quæcumque in aëre producuntur in terra produci.

In terra ſunt ſpecus. In aëre ſunt nubium voragines & hiatus cum cælum dehiſcere videtur.

In terra lutum, in aëre omnes pluuiæ lutulentæ vt & niues.

Eſt glacies, in aëre eſt grando.

Eſt motus terræ: & ſpirituum, in aëre eſt ventus, & eorum motus.

In terra ſunt lapides, in nubibus creſcunt lapides fulminei.

Digitized by Google

In terra ſunt aquæ, in aëre, pluuiæ, in terra eruptiones ſubitæ aquarum, in aëro ſunt cataractæ nubium & aquarum: In terra ſunt piſces, locuſtæ, ranæ, in nubibus eadem proueniunt.

In terra ſunt herbę, ſanguis, lac, ignis: in nubibus creſcunt minutulę & depluunt herbæ, ſanguis & lac.

Iam appoſito modo quę in aëre ſunt, & ſupra terram eadem intra terram reperiuntur.

In aëre fit tonitru, intra terram fit tonitru terreſtre, quale accidit per totam Europam cum cælo ſereno terra intonuit eo anno quo Rhodus capta fuit.

In aëre ſunt pluuię, intra terram in antris & ſpecubus, continuè aër in pluuiā concreſcit. Vnde ſecundum Ariſtotelem omnes fontes fiunt.

Supra terram ſunt flumina & mare, & in illis piſces: Intra terram ſunt tartarus & piſces potiſſimum nigri. Vnde apud Senec. cum ſubito erupiſſet fluuius, cum tali piſcium multitudine, homines qui illis veſcebantur enecti fuerant.

Supra terram ſunt plantæ & animalia. Intra terram naſcuntur tubera terræ.

quæ ſunt plantæ: & animalia de quibus Georgius Agricola ſub terreſtria, quæ nunquam lucem aſpiciunt vt vermes, ranæ, etiam piſces in ipſiſmet ſaxis.

Supra terram ſunt homines, intra terram ſunt Pygmęi cubitali longitudine, præſertim verò ſunt in venis metallicis.

Supra terram ſunt dæmones aërei, intra terram ſunt dęmones luci fugi.

Supra terram ſunt homines, intra terram ſunt quondam reperti homines virides, vt Nubrigenſis & Radulphus Ciſtercienſis referunt in Anglia hoc accidiſſe: Intra terram pariter ſunt homines cærulei & rufi, vel potius monſtra hominum ſicut in aquis ſunt Tritones & Sirenes, hoc poſterius refert Michael Glycas prius autem refert *Rabi helca ben Dauid* iſtis verbis. Non longè à montibus Armenię viſus eſt, vir & fœmina piloſi mento, naribus, auribus longioribus, nudi & rufi ad cęrulem colorem: non potuere capi, ſed homines antrum ingreſſi piloſos homines plures obſeruarunt eoſque ligarunt cathenis & inaudita lingua loquentes, nec vllum cibum comedentes præter ſolos mures. Poſtea cum piloſi hi

homines clamorem edidiſſent, vndique ex antro aduolarunt plurimi tales, & noſtros homines omnes fermè dilaniarunt.

CAPVT V.

Deus eſt gubernator Mundi.

COſmographis ſolenne eſt de Monarcha & Gubernatore mundi ſcribere, quod & hic faciam.

Impiè Plinius lib. 2. quo Coſmographiam perſequitur. Irridendum inquit agere curam rerum humanarum illud quicquid ſũmum eſt: annè tam triſti atq; multiplici miniſterio non polluі credamus dubitemuſque?

Sed Deus eſt omnium verum etiam abiectiſſimarum gubernator, earumque curam prouidentiam & preſcientiam habet. Nam boni parentis eſt, non tantum procreare, ſed & procreata conſeruare. Item Architectus ſapiens & bonus, omne operi ſuo bonum procurat, & omne bonum quod ex eo opere emanat preui-

det & intendit. Deus tamen bona & mala prouidet & pręſcit: mala tamen non intendit, quia is qui optimus eſt mala intendere nequit.

Sed opponunt Athei alii qui Deum res humanas non curare. Sed eas ſibi relinquere.

Hic reſpondendum eſt: vel Deus rebus dedit vires, quibus ſe regere & conſeruare poſſint abſque ampliore Dei cura, vel has vires non dedit. Si dediſſe dicas certum eſt habere curam: vt enim pater qui filio dat pręceptorē filium non negligit. Ita ſi rebus vires conceſſit eas nō neglexit. Si verò viris ſe conſeruandi non conceſſit eo ipſo iam indigent cura Dei, quod ſi dicas Deum omnia committere caſui. Reſpondeo, Deus ergo ea præuidit quæ caſui reliquit, ideóque ſtudio ſic periclitari voluit.

Deus autem non tam ſolus quam per alios rerum curam habet: Sic Angeli ſuperiores præſunt inferioribus: ſic Angeli cęlos, elementa & homines gubernant: ſic cęlum 1. inferiores mouet: ſic Sol planetas & aſtra reliqua gubernat; ſic Luna humida omnia moderatur: ſic parentes filios erudiunt: ſic aquilæ & accipitres

pullos volare docent: ſic grues, ſic apes regem habent: ſic omnia ſublunaria à cæleſtibus dependent.

Opponunt impii, ſatis eſt conſeruationi animalium ipſamet natura, nam ſtatim vt nata ſunt aut vbera petunt aut paſcua nullo curante.

Reſpondeo Deum per naturam rectricem hęc animalia curare.

Inſtant impii, fortaſſis Deus, inſtar magni Imperatoris generalem rerum curam habet: ſed indignum videtur Deum rerum viliſſimarum & ſingularum curam habere. Nam licet gubernator curam gerat nauis & auriga currus, & architectus lapidum; non tamen gubernator ſingulos fluctus, ſingulaſque guttas quibus obrui poteſt nauis curat: nec auriga occupatur circa ſingulas rotæ conuerſiones, nec architectus omnes arenarum calculos debet aut poteſt curare. Idem igitur cenſent de Deo dicendum, vnde aliqui protulerunt eos eſſe Dei adulatores qui dicunt Deo hæc minutiſſima curæ eſſe.

Reſpondeo hos errare. Nam aurigæ, gubernatori, architecto, & ſimilibus

limitata cura eſt, nec poſſunt omnia prę-uidere, nec debent: Architectus enim lapides nouit ex quibus ędificat non autem opus eſt, vt ſingulas lapidum particulas noſcat & curet, quia hæc omnia à natura curari nouit. Sed Deus cum ſingula creauit, ſingula nouit & cum totum fecerit partes & partium particulas nouit cum aliunde eas non habeat: Cum igitur ſingula voluerit efficere & ſingula creare bonum eſſe iudicauit abſque dubio ſingula nouiſſe & curare, quæ facit bonum iudicat.

Sed in minimis & abiectiſſimis hæc Dei cura oſtendenda eſt. Aranei texunt vt irretiant muſcas quibus veſcantur licet nunquam muſcas viderint, & à nemine didicerint texere: formicæ à quo didicerunt grana germinatura niſi ea arrodant? Perdices licet ab aliis quam à matribus excludantur poſt excluſionem tamen veram matrem ſequuntur. Scarabeus cum non poſſit ſibi ſimile generare ex fimo equino globulos facit quibus incubat, & ſic ſimiles efficit. Quis docuit roſam explicare floſculos tali figura? & ex tantillo ſemine quomodo tam ma-

Digitized by Google

gna naſcuntur? Si enim humana opera nonniſi ratione fieri credamus, quomodo hæc opera quæ recenſui à ratione, ſeu Deo non fieri aliquis credat? Sed dicam natura hæc opera facit. Aſt ego quæro quis docuit naturam? nemo enim à ſeipſo ſapiens eſt: ergo à Deo didicit. Ideóque præſtantiora ſunt opera naturæ quam artis.

Opponunt ſi Deus curam habet maximè bonorum: ſed videmus iiſdem morbis, miſeriis, naufragiis ruinis, morte, extingui tam bonos quam malos; nulla igitur Deo eſt cura rerum humanarum.

Reſpondeo duplicia ſunt bona ſcil. fortunæ & corporis aut etiam huius vitæ, vt ſunt diuitiæ, ſanitas, honor, authoritas &c. quæ bona puerilia ſunt, & velut munuſcula quibus Deus allicit, blanditur & attrahit ad ſui amorem & ſunt dona benignitatis diuinæ. Hóc modo parentes & præceptores munuſculis, infantes ad ſtudia literarum alliciunt. Pariter Deus iis bonis pueriles homines, & olim Hebræos potiſſimum alliciebat: Alia bona ſunt reuera bona, licet mala videantur fortunæ quibus Deus corrigit

retrahit & erudit ad maiora bona ſcil. animi & æterna. His enim abſterret à vitiis & æternis malis, & hæc ſunt opera & bona iuſtitiæ ac miſericordiæ: ſicut Medicus venam incidit aut membrum abſcindit, vt reliquum corpus cõſeruetur.

CAPVT VI.

De Aſtrologo, Globo, Sphæra, Orbe & Circulo.

PRinceps pars huius mundi eſt cœlum. Cœlum dupliciter ſpectatur à Coſmographo. 1. ſecundum motus & veritatem ſtellarum quomodo propriè eſt Aſtronomia. 2. modo ſpectatur ſecundum varios effectus in ſublunaribus quomodo eſt Aſtrologia quæ effectus prædicit confirmata variis experientiis dummodo hominis voluntatem non ſubiiciat cælis. Quod autem Coſmographia non tantum ſecundum Aſtronomiam, ſed etiam ſecundum Aſtrologiam licita ſit, variis experientiis conſtat. Nam 7. & 9.

quouis anno fiunt magnæ mutationes in corporibus humanis. 7. & 9. menſe fœtus eſt vitalis. 7. quouis die, imò in morbis longis. 7. quouis menſe ingentes fiūt mutationes: & qui quarta Luna naſcuntur ſtulti ordinariè ſunt, centeſimo quouis anno fiunt mutationes in rebus publicis quæ omnia non niſi aſtris aſcribenda primariò ſunt. Hoc autem notatu digniſſimum eſt quod 7. Planetæ in 7. præcipua animalium membra mirum habeant imperium. Scilicet Saturnus ſpleni & melancholiæ præeſt: Iupiter hepati & ſanguini: Mars felli: Sol cordi: Venus renibus: Mercurius linguæ & labiis: Luna cerebro. Vnde coniicitur non eſſe vanam Aſtrologiam.

Quare igitur ſi ex aſtris prædicere licet, non etiam liceat ex igne per Pyromantiam, ex aëre aeromantiam, ex aquis per Hydromantiam, ex terra per Geomantiam prædicere.

Reſpondeo non licitæ ſunt hæ artes, quia hęc elementa pro variis figuris nullum habent imperium in hominem: cæli autem pro vario ſtellarum ſitu & configuratione in hæc inferiora dominantur.

Digitized by Google

Et quia mundus & præcipue cælum eſt vel globus, vel ſphæra, vel orbis, vel circulus aliqua de iſtis prius inſeremus.

Globus itaque eſt corpus rotundum vnica ſuperficie conſtans. Sic in rerum natura vniuerſus mundus globus eſt. Sic inter elementa ſola terra globus eſt: & ſi vacuum eſſet in mundo, aut in terra neuter eſſet globus: ſic in cælis ſtellæ & planetæ omnes ſunt globi: ſic ſemina pleraque & præcipuè oua ſunt aut orbiculari ſiue globoſa aut lenticulari figura, & repræſentant conſtitutionem præſertim oua, totius mundi. Nam inferior pars oui compactior & terreſtrior eſt propter terram: ſuperior verò magis acuminata eſt propter ignem: pars verò media latior eſt quia aërea eſt, & aquea ideóque humida. Humidum autem magis ſeſe ſolet dilatare: teſta verò ambiens & albicans ipſum cælum repræſentat. Hinc cor ipſius pulli ex ſuperiore parte magis calida naſcitur.

Orbis eſt corpus rotundum duplici ſuperficie interna nimirum, & externa conſtans. Hoc modo cæli omnes, omnia elementa exceptâ terrâ ſunt orbes, hoc

modo oſſa cranium, arbores, ſunt orbes: Archimedes vitreos orbes ad imitationem orbium cæleſtium & mobiles conſtruxerat; quę planè res eo modo quo horologia conficiuntur aut confici debet aut poteſt.

Sphæra eſt orbis diſtinctus per varias armillas latas nimirum, & per varios circulos non latos. Sic propriè ſphæra eſt firmamentum ſeu octauum cęlum cuius armilla eſt circulus lacteus à Septentrione ad Meridiem & antiqui putauerunt hanc fuiſſe olim ſolis viã, vt quemadmodũ ab Oriẽte ad Occidentem &c. mouetur, ita olim fuiſſe motum à Septentrione ad Meridiem: & neſcio quid ſit quod Chriſtus Dominus ad cælos aſcenderit, hac potius via quam alia. Ita terra ſphęra eſt cuius armillæ variæ ſunt, maria & fluuii, tu poſſes Ligerim armillam Galliæ vocare quod mediam fermè diuidat ſphæra autem alia materialis eſt, & artificioſa ad imitationem cœlorum.

Circulus eſt figura plana in qua nihil attollitur, nihil deprimitur non autem eſt corpus.

Siue igitur mundum & cælos ſphæ-

ram ſiue globum, ſiue orbem voces, vario reſpectu certè ſphæra, globus, orbis, deſcribitur. *Figura ex medio æqualis cuius diametri ſunt æquales, & in qua eſt centrum à quo omnes lineæ ad circonferentiam ductæ ſunt æquales.*

Certè hæc omnia mirum aliquid habēt.

Nam omnia & ſola corpora habent figuras non autem ſpiritus habent quamuis potiſſimum orbicularis figuræ ſimilitudine cenſeantur. In Triſmegiſto Deus circulus eſt, quia nimirum quemadmodū lux orbiculariter quoquouerſum lucet, ita ſpiritus quoquouerſum vires ſuas effundunt: Mundus autem ideò circularis ad imitationem & ſimilitudinem Dei factus eſt. Homo autem Platoni totus in capite eſt, quod cum rotundum ſit ſi non habuiſſet pulchra quædam in motu ſuo volutaretur, quod indignum fuiſſet. Hinc intellectus maximè figura circulari gaudet, & diuina omnia quò ſunt præſtantiora eò mobiliora maximè ad figuram circularem accedunt. Sicut quę aſcendunt figura ſunt Pyramidali ea verò quæ deſcendunt ſunt figurę oppoſitæ vt lachrymæ.

Centrum in omni figura rotunda eſt. Ideò cum terra ſit mundi centrum omnes habet rerum cæleſtium influxus: & omnis res potiſſimum ſuam habet virtutem in centro, vt homo in corde quod eſt centrum & medium, vt ſupra dixi, vel in vmbilico eſt medium. Et notandũ eſt ex Ioanne Leone Affricano, & aliis homines viuos excoriari illis in regionibus & ſuperuiuere dummodo vmbilicus non excorietur. Eſt autem duplex centrum: vnum magnitudinis quod eſt æqualiter medium: alterum eſt grauitatis: in terra pars Septentrionalis grauior eſt propter plures terras: Meridionalis propter aquas non ita grauis: in ligneo aut ſaxeo globo eſt centrum grauitatis in ea parte quæ propinquior fuit radici, aut centro terræ.

Quamuis de centro grauitatis non conſtet licet enim plus terræ ſit in partibus Septentrionalibus tamen plurimæ ſunt concauitates plenæ igne, ideóque pars Meridionalis poteſt cenſeri propter aquas eſſe grauior.

Eadem cauſa eſt quod centrum grauitatis in maſculis ſit in ſuperiore parte in femellis autem in inferiore.

In deſcriptione globi & ſphęræ atque orbis dictum eſt omnes lineas à centro eſſe æquales, & omnes diametros æquales. Diameter autem eſt linea longiſſima à ſuperficie per centrum ad ſuperficiem protenſa. Et inter diametros eſt linea longiſſima quę vocatur axis, eſt autem axis linea ſupra quam mouetur globus: extrema autem cuiuſcumque axis vocãtur poli ſeu cardines, & nihil aliud ſunt quã puncta axem terminãtia: poteſt hac ſimilitudine quiuis cognoſcere in curru, ſtipes eſt axis quia circa illum rota mouetur, extremitates verò ſunt poli.

In magno mundo & cœlo eſt axis qui à Septentrione per medium terræ ad auſtrum tendit. Polus autem noſter vocatur Arcticus ſiue Vrſinus & alter vocatur Antarcticus. Nec fruſtrà ſic vocatur. Nam duplex eſt Vrſa circa polum, id eſt Vrſæ figuram exprimentes. Et certè in Septentrionalibus regionibus plurimi ſunt Vrſi etiam albicantes & immobiles totam hyemem, ſicut & immobilis eſt polus adeóque totam hyemem dormiũt. Sed hoc mirabilius eſt quod ex legationibus Moſcouiticis didicimus extremos

ad

ad Septentrionem Tartaros pariter totam hyemem dormire in cauernis, & vere appetente tantum excitari. Hi duo poli ſunt humeri Atlantis apud Poëtas. Omne enim quod mouetur debet moueri aliquo immobili exiſtente: cœli autem cum moueantur axem & polos habent immobiles. Vocatur noſter polus Tartaris clauus ferreus, & regula eſt hic polus vel potius ſtella polaris omnium itinerũ in mari, in deſertis Africæ, & præſertim in Iſthmo inter mare Mediterraneum, & magnum ſeu Oceanum interiacente: Illic enim per pixidem nauticam dirigunt iter propter arenaceos montes, qui ſubito attolluntur: aliter vocata ſtella polaris, ſtella maris. Et hoc inter cætera notandum eſt lapides in ædificiis Septentrionem ſpectantes ſiue polum facillimè exedi & conſumi, ferrum autem magis durare ſi polum ſpectet. Pari ratione Agricolæ, & alii in deſertis ex arboribus partes mundi colligunt: qua enim parte Septentrionem ſpectant, cortices & duriores ſunt & plures rimas agunt. Quemadmodum autem ſunt poli in mundo ita, etiam ſunt poli in ma-

gnete. Nam ſi applices acum ſtatim vna parte attrahet acum, & illic eſt polus Septentrionalis: alia verò parte acum repellet, & illic eſt polus Antarcticus ipſius magnetis.

Et licet in globo omnes diametri ſint æquales, id eſt tanta ſit longitudo quanta latitudo & profunditas, tamen iam oſtenſum quare ab Occidente ad Orientem ſit longitudo, & à Septentrione ad meridiem ſit latitudo. Profunditas verò eſt à noſtro Zenith ad Nadir, id eſt punctum quod ſupra caput noſtrum in cœlo concipimus eſt Zenith, punctum verò quod ſub pedibus & ex oppoſita parte cœlorum concipimus eſt Nadir, & profunditas mundi à Zenith ad Nadir concipitur. Et certè ſtellæ omnes pręſtantiorem habent virtutem cum ſunt in Zenith noſtro aut in noſtro meridie ſiue Meridionali circulo.

Sed hoc omittendum non eſt quẽadmodũ inter cætera homo ſimilitudinem mundi habet, ita etiam in motu. Nam quemadmodum cœlum per diametrum mouetur, ita homo per diametrum, non enim homo linea recta mouetur, ſed

diametrali quaſi faceret ſuo motu literam V.

Et licet ſint æquales diametri in aliquo globo, notandum tamen eſt quod pari ratione qua grauia ſi è diuerſis locis deſcendant ad vnum punctum & vnum centrum pergunt: ita ſi leuia plura ab eodem puncto aſcendant faciant viam, & lineas diuerſas, id eſt ita moueantur, vt vna pars petat Orientem, alia Occidentem, aut aliam partem mundi.

Globus autem ſuperficie terminatur de qua in hoc mundo notandum quo ſuperficies magis ſunt læuigatæ eo ſunt præſtantiores diuturniores vt cõſtat ex auro, ex marmore, ex ebore, itaut ignis, nec auro, nec dentibus nocere poſſit &c.

Sed iam quæritur vtrum mundus ſiue extremum cœlum ſit rotundum, id eſt figura globoſa ſeu orbiculari.

Reſpondeo nullum eſſe argumentum nec apud Mathematic. nec apud Phyſicos mundum eſſe rotundum, atque adeò ſupremum cœlum, licet Coſmographi omnes, & alii contrarium ſentiunt.

Primum argumentum afferunt mundum eſſe rotundum, quia ad ſimilitudi-

Digitized by Google

nem Dei factus ſit. Sed non probat, cum enim omnes aliæ res ad ſimilitudinem Dei factæ ſint omnes deberent eſſe rotundæ.

2. Argumentum eſt: figura rotunda eſt capaciſſima quia ſi habeas vaſculum quadrata figura, & ex eodem facias vaſculum rotunda figura, certè plus capiet hoc poſterius: cum igitur mundus & quod tegit omnia cœlum, omnia capiat capaciſſimam decebat habere figuram circularem, ſed hoc nihil eſt. Nam & Theologi quidam docent ſummum cœlum eſſe quadratum: ergo ſi Deus quadrata figura ampliore feciſſet mundum æquè benè omnia continuiſſet.

3. Vndequaque videmus cœlum rotundum. Sed hoc nihil eſt quia videmus tantum internam ſuperficiem cœlorum non autem externam de qua quæritur. Deinde iam oſtenſum eſt à nobis non videri cœlum propterea quod ex Ariſtotele non cæruleum ſed album inſtar ſtellarum deberet apparere. Deinde non videmus aliquid rarius & ſubtilius per aliquid craſſius & denſius, quo modo igitur cœlum ſubtiliſſimum videremus per aërem craſſiorem?

Imò omninò non videmus cœlum, ita cenſet Simplicius & D. Thomas quod verum eſt. Nam maius lumen offuſcat minus : Ideò interdiu ſtellas non videmus, multò igitur minus cœlum ipſum quod rarius eſt ſtellis videbimus : noctu verò cum ſtellæ magis luceſcant non videbimus cœlum: quod nulla ratione cœlum licet videre, ideóque nullum eſt argumentum rotunditatis cœleſtis: illa ratio qua probatur aliquid non videri niſi per medium rarius, eſt ex perſpectiua. Hinc ſi quis ſit in aqua non videt reliquas partes aquæ quas tamen videt cùm eſt in aëre : vnde argumentum ducitur, quemadmodum nos in aëre aërem non cernimus, ita piſces in aqua aquam non vident : ſi verò ſit nebuloſus aër illi qui ſunt in magis lucido videbunt nebuloſum, qui verò ſunt in nebuloſo aëre non vident lucidum, & hoc eſt generale in natura: nec enim calorem ſimilem ſentio verni temporis, ſed tantum maiorem: Cum igitur cœlum multò ſit rarius aër autem craſſior non poterimus cœlos videre per aërem craſſiorem.

4. Argumentum Ariſtoteles affert. 1.

corpori debetur figura prima : Cœlum autem eſt corpus primum & immortale, rotunda figura eſt, prima ex Mathematicis, debetur igitur cœlo rotunda figura. Deinde cœlum primò omnium creatum eſt quia in principio creauit Deus cœlum & terram, oppoſita planè ratione ait D. Chryſoſtomus, noſtri enim Architecti primo fundamentum, poſtremò tectum ædificant, Deus autem tectum, vt ſic dicam mundi cœlum primò ædificauit.

Nec Ariſtoteles hoc argumento perſuadet. Nam quemadmodum ſi primo corpori deberetur figura prima & ſimplex, ita corpori compoſito deberetur figura compoſita; hoc tamen falſum eſt, quia multa alia corpora ſunt figuræ rotundæ. Verum quidem eſt figuram rotundam eſſe aptiſſimam durationi & perpetuitati: hoc conſtat ex fornicibus. Item conſtat ex vulneribus orbicularibus quæ difficilius ſanantur. Deinde quò aliquid minus compoſitum eſt eò magis durabile eſt. Hinc Angeli cœlis, cœli elementis, hæc lapidibus, lapides plantis, plantæ animalibus, animalia homine diutiùs durant propterea quod Angeli

minus ſint compoſiti quam cœli ; & hi minus quam elementa &c. figura autem orbicularis omnium prima eſt, quia ex vna tantum linea conſtat, cæteræ autem figuræ conſtant ex pluribus ideóque figura orbicularis diuturnitati eſt multò aptior.

Quæres cum linea recta prior ſit quam circularis quare figura circularis non etiam prior ſit quam figura rotunda.

Reſpondeo quia linea recta vnum tantum habet reſpectum, circularis verò habet connexum ſeu exteriorem faciem, & habet concauum ſiue interiorem faciem. Figura autem circularis tantum vna conſtat linea, figuræ aliæ conſtant pluribus lineis.

5. Argumentum, ſi cœlum eſſet figura plana certè ſtellas in Oriente & Occidente multò minores videremus quam in meridie. Ratio eſt quò aliquid propius eſt eò maius videtur, quò verò magis diſtat eò minus videtur; ergo cum nõ ſit tanta diſtantia hinc ad cœlum ſupra caput, & ad Zenith noſtrum quanta eſt diſtantia hinc ad Orientem aut Occidentem, quia hinc ad Orientem adhuc

media pars terræ intereſt inter cœlum & me: qua ratione deberent ſtellæ minores videri in Oriente propter maiorem diſtantiam ſi cœlum eſſet planum. Et tamen ſi nullæ ſint nebulæ nec vapores ſiue cœlo ſereno æquè magnæ videntur ſtellæ in Oriente & Occidente ac in ipſo Meridie, ſiue cum ſunt in circulo meridionali.

Sed hoc ipſum quæritur quare cum ſit maior diſtantia hinc ad Orientem, quam hinc ad Zenith, ſolem non videamus minorem in Oriente quam in Meridie, imò ordinariè videmus maiorem.

Reſpondeo primo, viſus noſter non poteſt percipere eam diſtantiam quæ eſt à terra ad cœlum reſpectu Oriẽtis aut Occidentis, ideóque omnes arbitramur cœlum incumbere terrę, imò vndequaque tangere terram. Ideóque non videtur ſol minor. Et certè difficillimum eſt percipere ſenſu diſtantiam inter duos montes quos eminùs videmus, propinquiſſimos enim eſſe arbitramur.

Reſpondeo 2. ſol in Oriente & Occidente quod idem de reliquis aſtris dicendum, maior videtur propter vapores

aqueos quos ſol excitat exſurgens, aut Occidens ſol demittit. Quod autem plurimi vapores ſemper ſint ſole Oriente & Occidente conſtat, quia tempus illud frigidiuſculum eſt, & ſomnus eſt matutinus, & catharri excitantur & mors circa ea tempora potiſſimum in ægris timéda, vt docent Medici. Quod autem per vapores aqueos aut per aquam rem maiorem videamus, quam ſit hoc modo probabis. Accipe denarium, & ab eo collocato alicubi recede donec non amplius videas: deinde ſuper infunde aquã videbis eundem: pariter quæ in fundo aquæ videntur maiora videntur: pariter ægri propter vapores omnia maiora ſentiunt, aut etiam plura: ſicut & ebrii & qui dormiunt. Hinc colligere licet quale ſit ſignum futuræ pluuiæ; ſi ſol citiùs ſolito videatur oriri, quia nimirum in vaporibus aqueis velut in ſpeculo citiùs apparet.

Nihilominùs cum cœlum rotundum eſſe ſit perſuaſiſſimum, non tamen debemus aut Clauio, aut aliis Mathematicis credere, parietes in ſuperiori loco v. g. circa tectum magis inter ſeſe diſtare

quam diſtent in fundamentis. Nec credendum eſt caput noſtrum maius iter facere quàm faciant pedes. Dicunt enim terra eſt centrum, ergo quò aliquæ lineæ magis diſtant à centro, eò magis inter ſe diſtant: itaque cum parietes magis diſtent à terra circa centrum quàm circa fundamentum, magis inter ſe diſtabunt. Nam terra non eſt centrum Mathematicum; ideóque poſſunt duo parietes paralleli ædificari, vt ſequentibus figuris patebit.

CAPVT VII.

De Stellis & Planetis.

STellę ſunt denſiores cœli & compactiores partes, nec diaphanæ ſeu perſpicuæ, ita ut ſingulari ſtella quæuis virtute polleat, quæ omnia illuſtranda ſunt.

In omni re virtus quò eſt in corpore, magis compacto, præſtantior eſt. Philoſophi dicunt virtus vnita eſt fortior, ſic ſemina mole parua, ſed virtute ſunt ma-

xima, ſic magis vrit flamma in ferro quã in ligno aut ſtipula: ideóque ſtellæ quia compactiores ſunt, lucentiores ſunt.

Non fruſtrà quamuis ſine ordine videantur ita ſunt diſpoſitæ, vt ſtella vna calorem, alia humiditatem, alia aliud efficiat: ſic enim in pratis variorum flores colorum diuerſarumque virium iuxtà creſcunt: ſic cranium oſſeum & terreſtre durúmque coniunctum eſt cerebro molli & caro oſſibus.

Et quia motus excitat calorem aliaſq; virtutes, certũ eſt, experiẽtiis duplicem eſſe planetis & ſtellis motum: Vnum ab Oriente in Occidentem qui motus eſt perpetuitatis: ideò enim Ariſtoteli ſublunaria perpetua ſunt ob perpetuum iſtũ motum quem Ariſtoteles rectum vocat. Alius motus eſt ſtellarum & planetarum obliquus ſiue λοξίας, ſcil. ab Occidente in Orientem, ſed non rectà quin potius obliqua via declinandó ad Meridiem & Septentrionem per circulum Zodiacũ. Hic motus planetarum & ſtellarum eſt cauſa generationis & corruptionis. Sicut enim cum ſol ad nos appropinquat omnia generantur & vigent: Cum autem

recedit hyeme omnia labaſcunt, ita quiuis planeta prout ad nos accedit, ita præſtantiores habet virtutes in noſtris regionibus ſi verò recedat minus habet pręſtantes. Quod per ſingula paulò poſt oſtendemus.

Et licet ſeptem tantum ſint planetæ quiuis in ſuo cœlo vt oſtendam, ſtellæ tamen in firmamento ſpectabiles ſunt mille viginti duæ.

Octauum cœlum ratione ſtellarum diuiditur in tres partes: vna eſt media & pręſtantiſſima Zodiacus, in quo vel ſub quo mouentur planetæ, itaut nunquam excurrant extra illam orbitam: ideóque nunquam Sol aut Luna &c. ad nos accedit qui ſumus citrà Zodiacum, & nunquam accidit ad polum Antarcticum, qui eſt trans Zodiacum.

Omnes autem ſtellæ diuiduntur in certas conſtellationes ſiue figuras, ſiue imagines, ſiue ſigna, ſiue characteres, itaut aliquæ ſint imagines hominum, aliæ animalium, aliæ rerum aliarum: & vocantur ſigna humana vt v. g. Virgo, Gemini, Sagittarius, ſiue ſigna rationalia, prætereáque illi qui ſub his ſignis nati

ſunt magis ſint humani, ſociabiles rationales &c.

Signum autem quoduis ex variis ſtellis componitur, & aliam atque aliam habet virtutem quã ſignificat, & facit in rebus inferioribus. Præſertim verò præſtanſtantiſſima ſigna ſunt in Zodiaco in quo eſt via planetarum & conſtant ſigna in Zodiaco trecentis quadraginta ſex ſtellis præſtantiſſimis. Et ſigna ſunt duodecim Zodiaci.

Nec negligenda ſunt quia omnia ſigna ſunt ſic vocata, 1. propter configurationem ſimilem. 2. propter effectũ ſimilem Solis & Lunæ præſertim in his ſignis. 3. propter effectum in animalia ſimilia. 4. propter proprietatem hominum qui in iſtis ſignis naſcuntur, vt oſtẽdam. Imò propter res ipſas quæ ſub his ſignis fiunt. Hinc Ptolomæus ait, facies & ſimilitudines rerum inferiorum ſunt ſubiectæ ſimilibus imaginibus cœleſtibus; & ſapientes Antiqui aliquid operaturi, planetarum introitus in talia ſigna obſeruabant, tum in ædificationibus vrbium, tum in natiuitatibus, tum aliis in rebus.

Maximè autem ſolis virtus elucеſcit in his ſignis quia ſol maior eſt quam aliæ ſtellę aut planetæ, ideóque ſolus facit diem: eo autem abſente nec planetæ, nec ſtellæ poſſent facere diem aut æſtatem: Deinde quia non ita remotus eſt à nobis, vt ſunt tres ſuperiores planetæ: Nec ita tardè mouetur, vt tres inferiores planetæ, propterea quod minores circulos in minoribus cœlis efficiant.

Primum ſignum in Zodiaco eſt Aries, primò propter ſimilitudinem: quia Aries tota hyeme ſiniſtro lateri incumbit, vt cordis calorem conſeruet: ſed vere & æſtate incumbit dextro lateri, ne exceſſum caloris nimium patiatur. Sic Sol hyeme eſt in ſiniſtra parte mundi, ſed in fine menſis Martii, cùm Sol eſt in Ariete ad dextrum latus mundi, id eſt ad Septentrionale accedit. Si enim cogites cœlum ab Oriente ad Occidentem moueri, tanquam hominem, reperies dextrum latus Septentrionale. Ex Aſtronomis certum eſt omnes potentes ſub ſignis Septentrionalibus naſci. 2. Luna cum eſt in hoc ſigno, in caput dominatur & vulnera, ex Medicis. Et cùm eſt eclipſis in

hoc ſigno defectus aut mortalitas Arietum ſimiliumque animalium oſtenditur. Deinde Aries maius robur habet in capite. Ideóque hoc ſignum tãquam principium & caput anni in Arietes dominatur. Vltimò qui hoc ſigno nati ſunt habent caput figura malleari, ſpiſſis capillis & eleuatis.

2. ſignum eſt Taurus quod Sol in Aprili ingreditur. Primo ſicut boüm labores incipiunt pullulare, ita ſignum hoc à Solis ingreſſu bos, ſeu Taurus nominatur. 2. Cum Luna in hoc ſigno eſt collum iuuat. 3. Taurus collo fortior: homines hoc ſigno nati habent magnos & Taurinos oculos, barbam rotundam, collum craſſum & breue.

Aries in arte memorię & hieroglyphices eſt ſignum capitis: Taurus eſt ſignum colli.

Dominatur Aries potiſſimum Gallis & Germanis, Taurus verò Lotharingis, Francis & Heluetiis.

3. ſignum eſt Geminorum cum Sol menſe Maio, hic ingreditur omnia germina gemina fieri incipiunt. Luna cum eſt in hoc ſigno brachiis & manibus do-

Digitized by Google

minatur. Hoc ſydere nati callidi ſunt & duplicis animi. Huic ſigno ſubſunt Angli, Zelandi. Hieroglyphicè ſignificat manus & brachia.

4. ſignum eſt Cancer. Nam vt Cancer retrocedit, ſic Sol in iſto ſigno in fine Iunii ad Meridionalem Zodiaci partem redit. Luna in hoc ſigno pectori dominatur ſub hoc ſigno nati breues ſunt & lato pectore: ſubſunt huic ſigno Scoti: Hieroglyphicè ſignificat pectus.

5. ſignum eſt Leo; cum Sol in Iulio illud ingreditur omnia calore feruent ſicut & leo animal valdè calidum eſt. Deinde dicitur animal febricitans: ſic febres tertianæ à bile calidiſſima hoc tempore regnant quæ bilis ſi affetur vertitur in nigram: vnde fiunt quartanæ febres Autumnales & longæ. Luna in hoc ſigno cor tuetur, ſub quo nati ſunt magnanimi, ſuperbi, facie leonina. Huic ſubſunt Itali. Hieroglyphicè ſignificat cor.

6. ſignum eſt Virgo. Vt virgo eſt ſterilis, ſic ſole ingrediente in hoc ſignum in fine Auguſti, nihil amplius terra producit. Luna in hoc ſigno ventri præeſt: ſub hoc ſigno nati, aut ſunt ephebi, aut tenues

nues corpore, ſubtiles tamen ingenio & ſcientiis. Sub hoc ſigno Natus eſt Chriſtus Dominus.

Antequam autem ſex alia ſigna exponam, de virtutibus ſtellarum diuerſis adhuc pluribus dicendum eſt.

Sicut herbæ eminùs præſertim viſæ eiuſdem ſunt, & apparent coloris ſcil. viridis, & tamen diuerſiſſimas habent vires, itaut in territorio Pariſienſi octingentę plantarum ſpecies ſint obſeruatæ à Medicis. Ita ſtellæ licet omnes albicantes videantur nihilominus maximè differentibus ſuut viribus. Vnde colligis non magnum eſſe argumentum colores virtutum latentium.

Sed quibuſnam experientiis tam admirandæ ſtellis aſcribuntur virtutes?

Reſpondebo ex Philoſophis Chriſtianis, Mathematicis, Medicis, Græcis Perſis, Latinis.

Primo Ariſtoteles ait eſſe in nobis cæteriſque viuentibus aliquid proportionatum elemento ſtellarum, ſiue id ſit ſpiritus, ſiue calor cæleſtis: & quò plus aliquis de eo ſpiritu participat, ita cæteris eſt terrori. Vnde Gallus & Leo licet

ſint ſolaria animalia, Gallus tamen Leonem terret.

De vita cœlitus comparanda Fiſcinus ita ait: poteſt cæleſtis, eſſentia à nobis aſſumi, ſi quis his rebus frequenter vtaturque tali eſſentia puriore abundant. Vt eſt electrum vinum, ſaccharum, balſamum, aurum, precioſi lapilli, Myrobalani & quæ ſuauiſſimè olent, & quæ lucent: præterea cinnamonum, roſę &c.

Albertus Magnus ait 2. Phyſ. ex impreſſionibus cœleſtibus fiunt diuerſarum ſpecierum diuerſæ formæ, vt cum ſues pariunt fœtus capite humano non enim ex ſpermatum cōmixtione fieri poteſt, quia diuerſiſſima ſe corrumpunt; ſed potius hoc fit ad conſtellationem quæ mouet ad talem formam introducendam. Sic ſtellæ in ſaxis, in lignis generant varias figuras. Sic Ptolemęus ait in quadam parte Arietis non poſſe generationem humanam fieri.

Apud Iunctinum Religioſi Theologi & Mathematici Profeſſores Itali annulos Aſtronomicos in certa materia & ſub certa conſtellatione fecerunt experientia certa contra torpedinem: contra culices.

Fernelius Medicus cancros arit, ſol: exiſtente in leone horum cineres mirè proſunt ad morſum rabidi canis.

Doctiſſimus Sanclarus amicum nouit qui annulo Aſtronomico intolerabiles renum & calculi dolores depulit.

Perſarum ſapientes Regi figuram Mathematicam ſub certa conſtellatione contra venenum & peſtem præſcripſerunt, vt legere potes apud Fiſcinum.

Apud Scalig. in *vrbe Hampts* Scorpionis ſignum ad conſtellationem factum, & turri appoſitum vulnera Scorpionum ſanat.

Conſtantinopoli ſerpentis effigies Aſtronomicè facta ſerpentes depulit.

Apud Greg. Turonenſem Pariſiis imago Aſtronomica ſerpentis & muris, à ſerpentibus & muribus Pariſios conſeruauit.

Hipparchus docet in coniunctione maiori trium ſuperiorum Planetarum in ſigno Arietis, aut Libræ, aut Cancri, aut Capricorni homines naſci, qui diuini quaſi videantur qualem putant futurum Antichriſtum, & qualem putant fuiſſe

Digitized by Google

Merlinum, & quales hodie Turcæ iactitant ex virginibus naſci.

Apud Dominum *de Breuès* in vrbe *Tripolitana* effigies Aſtronomica contra ſerpentes valet.

Apud Varronem folia ſalicis cum Sol eſt in Libra, ſeu cum eſt æquinoctium autumnale verſuram faciunt, id eſt ſe ſe inuertunt.

Hippocrates cum Sol ingreditur Arietem, aut Cancrum, aut Libram, aut Capricornum à medicationibus abſtinere ſuadet. Idem, vt & Ariſtoteles, magnas mutationes cum Pleiades caniculæ dominantur oſtendunt.

Galenus tunc maximè morbos inualeſcere docet aut etiam deficere & ſolui, cum Luna eſt in tertio ſigno aut ſexto &c. ab initio morbi.

Ex quibus aliiſque compluribus exemplis manifeſtiſſima fit diuerſitas virtutum in ſtellis.

Obiiciunt Mathematici, ſi à ſtellis tot ſint rerum productiones, etiam erunt cauſæ malorum. Ideóque dicunt ſtellas & Planetas aliquos, vt Saturnum & Martem eſſe maleuolos.

Reſpondeo errant Mathematici, primo ſicut Solis lumen præſtantiſſimum eſt, tamen lippientibus ob oculorum imbecillitatem nocet: & ſicut ignis calefacit, ſi tantum materies nimis ſit ſicca comburit. Et ſicut carceres non debent aſcribi iudicis tyrannidi ſed malè operantibus: ita nec effectus qui ſequuntur ex ſtellis propter indiſpoſitionem rerum ſublunarium debent aſcribi ſyderibus, ſed rebus ipſis propter indiſpoſitionem. 2. Hoc dogma Mathematicorum falſum eſt. Si enim ſtellæ ſunt Authores malorum, vel iuſſu Dei hoc faciunt, vel Angeli ſtellas mouent ad mala facinora, vel ipſæmet ſtellæ & cœli mali ſunt? Sed nihil horum poteſt aſſeri. Cum enim Deus optimus ſit, nullum facere malum poteſt, ſicut nec albedo nigrefacere poteſt. Nec Angeli ſunt cauſa malorum. Maxima enim eſſet confuſio ſi Deus vniuerſo mundo tam malos præfeciſſet gubernatores. Si verò Angeli motores ſtellarum contra mandatum Dei hoc faciunt, quare ergo Deus non punit quemadmodum puniuit diabolos? aut quare tales Angeli nunquam in motu cœlorum

aberrant quem faciũt ſi tam ſæpè in aliis aberrant? Nec ſtellæ aut cæli ipſi ſunt auctores malorum. Cum enim omnium hominum conſenſu non viuant anima rationali, non poſſunt liberè mala facinora patrare: Omnia autem alia quę non viuunt, à Deo bona facta ſunt.

Obiiciunt Philoſophi rudes Mathematicarum ſi ſtellæ tot habent virtutes, non eſt credibile cœlum eſſe corpus ſimplex, quale corpus eſt aqua, aut aër, aut ignis, aut lapis. Nam vna pars ignis non habet aliam virtutem quàm habeat pars alia, quomodo igitur vna pars cœli, ſcil. vna ſtella aliam habebit virtutem quam alia pars cœli aut ſtella.

Reſpondeo ſi hominis anima eſſet in corpore cœleſti haberet varias facultates quas in diuerſis partibus poſſet exercere: Ita forma cœlorum in diuerſis partibus diuerſiſſima exercet, cum forma cœlorum ſit præſtantiſſima.

Nihilominus notandum, licet ſtellæ tam diuerſas habeant vires pręſertim vero in hominem, tamen vt Ptolemæus ait, ea omnia quæ à cœlis dependent poſſunt corrigi aut per alimenta, aut

conſuetudine, aut ratione diuerſatum regionum, aut propter indiſpoſitionem materiæ.

His poſitis. Notabis veriſſimum eſſe Medicorum experimentum. Si membrum aliquod in quod Luna dominatur, in aliquo ſigno incidatur aut ſecetur, aut ſi ipſi ferrum applicetur, maximè malè habiturum tale membrum, itaut ſæpè ſanguis ex venis non poſſit detrahi, imò ſæpè mors ipſa ſequatur.

Iam igitur ſex ſigna Zodiaci reliqua perſequar.

7. Igitur ſignum eſt Libra, quia cum Sol in hoc ſigno eſt in fine Septembris nox & dies ſunt æquales ſiue in æquilibrio. Luna verò cum in hoc ſigno eſt in lumbos & renes dominatur, & qui in hoc ſigno nati ſunt pulchri ſunt & plano capillitio.

8. Signum eſt Scorpius, in quo cum eſt Sol in fine Octob. frigus incipit velut cauda pungere. Cum in hoc ſigno eſt Luna in partes generatrices dominatur. Qui ſub hoc ſigno nati ſunt rubicunda ſunt facie, naſo aquilino, oculis ardentibus, & fraudulenti.

Digitized by Google

9. Eſt Sagitarius, in quo cum eſt Sol plurima pluuiarum &c. quaſi tela iacit. In hoc ſigno nati ſunt bellicoſi. Huic ſigno ſubſunt Hiſpani.

10. Eſt Capricornus, vt enim hic altiſſima iuga montium petit, ſic Sol in hoc ſigno longiſſimè à nobis abeſt. Luna verò in hoc ſigno dominatur in genua. Sub hoc ſigno nati longa ſunt facie, mento, capillis aſperis, & voce caprina.

11. Signum eſt Aquarius, In hoc ſigno Cum Sol eſt in fine Ianuarii aquas effundit, pluuias & plurimas. Luna cum in hoc ſigno eſt in crura dominatur. Nati ſub hoc ſigno dicuntur bona effundere.

12. Sunt Piſces, ſole exiſtente in hoc ſigno ſub fine Februarii omnia velut aquis natant. Luna in hoc ſigno potiſſimum dominium habet in pedes. Nec cum Luna in hoc ſigno eſt licet corpus tangere ferro quia humiditates augentur.

Hæc ego duodecim ſigna Zodiaci his verſibus comprehenduntur.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Sed hoc notatu dignum eſt ſigna aliqua eſſe ignea ſeu billioſa, alia aërea ſeu ſanguinea; alia aquea ſeu pituitam generantia, alia terreſtria ſeu melancholica. Vt autem ſcias quę talia ſint recenſe omnia ſigna ordine quatuor digitorum, itaque quæcumque incidunt in primum digitum illa erunt terreſtria, quæ in tertium erunt aërea, quæ in quartum erunt aquea. v. g. cum incipiamus ab Ariete, Aries incidit in primum digitum, ideóque eſt ſignum igneum. Taurus verò incidit in 2. digitum, ideópue eſt ſignum terreſtre, & ſic ordine de aliis loqueris.

Et quemadmodum in ſignis cœleſtibus res ſe habet, ita in membris humanis, quod benè notandum eſt. Nam ordinariè quæ membra reſpondent ſignis igneis, ita conueniunt vt ſi vnum laboret etiam alterum morbo afficiatur v. g. ſi caput laboret etiam pectus, & ſic ordine loquendo.

CAPVT VIII.

De Planetis particularia quædam.

PLanetæ ſunt ſtellæ erraticæ non quod vnquam à præſcripto naturæ ordine & motu deflectant aut aberrent: ſed quod non ſemper eandem habeant inter ſe diſtantiam ſed aliquando coniungantur, vt videmus in nouilunio aliquando ſeparentur & longiſſimè inter ſe diſtent, vt videmus in plenilunio.

Deus maximè miracula per Planetas quocumque modo efficit potius quam per ſtellas noni cœli. Etenim tantum ab omni memoria vnum notabile miraculum apparuit in ſtellis ſcil. ann. mill. quing. octuag. ſecundo, noua ſtella apparuit in Caſſiopęa: ſed cum Chriſtus mortuus eſt Sol obſcuratus eſt: & cum Ioſue pugnauit Sol ſtetit & alibi retroceſſit, &c.

Sunt 7. Planetæ nec tamen ſunt ignei. Non enim argumentum ignis eſt quod

luceant, multa enim in his inferioribus lucent, ignea tamen non ſunt. Deinde ignis calefaçit & exſiccat, omnes autem Planetæ non exſiccant, ſed fermé omnes viuificant & humiditatem vitalem afferunt.

Sunt autem 7. Planetæ quos ordine hoc verſu comprehendes.

Poſt ſim, ſum, ſequitur; vltima Luna ſubeſt.

Littera S. ſignificat Saturnum ſupremum: littera I. Iouem: littera M. Martem: S. Solem. V. Venerem, M. Mercurium & tandem Lunam.

Mirantur meritò omnes cur potius 7. Planetas quam plures aut pauciores in cœlis eſſe voluerit Deus.

Nemo adhuc cauſam dare potuit.

Hoc ſolum ſcimus hunc numerum maximè ad vitam conducere omniaque ſeptenario perfici: quod ſelectis exemplis oſtendam.

1. Vniuerſus mundus 7. diebus completus fuit.

2. Septem hebdomadę dies ſunt quibus Luna tria ſigna percurrit Zodiaci & mirabilem efficit effectum in motu maris

aliiſque rebus. Numerantur autem hebdomadæ dies à 7. Planetis incipiendo à Saturno qui Sabatho prĕeſt. Deinde Sol præeſt Dominico diei &c. à Planetis vocantur dies. Sed quare dies ſeptimanæ non vocantur nominibus Planetarum eo modo quo Planetæ ſunt ordinati, quod poſt diem Saturni deberet eſſe dies Iouis, poſtea dies Martis &c. Reſpondeo primæ horę diei Sabathi præeſt Saturnus. Primæ horæ diei Dominicæ præeſt Sol, primæ horæ diei Lunæ præeſt Luna & ſic ordine. Cum autem quiuis dies naturalis contineat 24 horas, ſi ordine numeres Planetas videbis 25. horam quæ eſt prima ſequentis diei incidere in eum Planetam qui dicitur diei prĕeſſe v. g. numera die Sabathi per ipſos Planetas incipiendo à Saturno habebis 21. horas, poſtea 22. hora incidet in Saturnum, 23. in Iouem. 24. in Martem. 25. quæ eſt prima hora diei Dominicæ incidet in Solem. Hinc vocatur dies Solis.

3. Sunt 7. metalla nomine Planetarum & viribus inſignita ſcil. Saturnus eſt plumbum: Iupiter eſt cuprum: Mars eſt ferrum. Sol eſt aurum: Venus eſt æs: Mer-

curius eſt argentum viuum, Luna eſt argentum.

Septem membra hominis nomen & virtutem Planetarum habent. Saturnus eſt ſplen, Iupiter eſt hepar, Mars cyſtis fellis: Sol eſt cor.: Venus renes: Mercurius pulmones, Luna cerebrum.

4. Vt 7. motus Planetarum, ita 7. naturales motus in homine 7. partium. Nã cerebrum proprio motu. Cor proprio: diaphragma proprio: duplex pulmo propriis motibus: duplex arteria aſcendens & deſcendens mouetur.

5. 7. diebus membra pręcipua à conceptu conformantur.

6. Infans 7. menſibus vitalis in lucem exit.

7. 7. diebus abſque potu & cibo tranſigere poſſumus.

8. 7. dies in morbis eſt criticus.

9. 7. annus miras affert mutationes.

10. 7. maſculus naturaliter ſanare poteſt ſcrophulas dummodo nulla femella intercefferit.

11. 7. Sunt ſenſus 5. externi & duo interni, vnus quo admittimus cognitionẽ ſcil. imaginatio, alter quo retinemus ſcil. memoria.

rioſius perſcrutanda penitus inſtigatur. Saturnius eſt quales omnes fuerunt maximi viri tam belli quam pacis artibus.

Quicumque ad leges, ad naturalem communem, Moralem Philoſophiam & gubernationem aptior eſt is eſt Iouialis.

Qui ſeditioſus, audax, militaris Martius eſt.

Qui robur habet & promptitudinem in agendo ſenſuum, & ingenii perſpicaciam, Solaris eſt.

Qui blandus eſt, beneuolus, ſocialis, lepore, gratia, dignitate eloqui valet is eſt Venereus.

Mercurius vniuerſis ſtudioſis præeſt, illi tamen qui ſagaces ſunt, agiles ad diſcurſum, memoriam phantaſiam Mathematicas potiſſimum, ſunt Mercuriales.

Luna iis præeſt qui timidi ſunt nec ſe ſe attollere audent.

Saturnus cum dominetur in eos ſtudioſos qui rebus altiſſimis dediti ſunt itaut res etiam domeſticas negligant hinc fit, vt Saturnus maleuolus dicatur: tales enim homines rarò diteſcunt. Habent tamen & iſti ſua gaudia cum poſt longã rerum meditationẽ aliquid inuenerunt.

Sic Archimedes cum reperiſſet quantum auri redemptor ex corona aurea Hieronis abſtuliſſet eiuſque loco immiſcuiſſet argentum nudus ex balneo per vrbem ambulauit alta voce clamans *inueni, inueni* Pythagoras cum normam aliquam inueniſſet Muſis ſacrificauit. Heraclitus verò propter ſcientias regnum reliquit, & cum librum edidiſſet nimis obſcurum oblatum reſpuit regnū, nec explicare voluit. Democritus ſtultus exiſtimatus eſt dum vacaret anatomiæ animalium. Ariſtoteles verò dum quæreret cauſas motus freti Chalcidici dolore periiſſe d[illegible]itur.

CAPVT IX.

De admirandis motibus maris, aëris, ignis, terræ cœlorum.

CVm perpetuò hæc omnia moueantur, vt oſtendam quæſitum meritò fuit an cœli, planetæ, ſtellæ haberent aliquam animam.

Communis

Communis Theolog. Philoſophorumque ſententia eſt non habere.

Eſto non habeant animam rationalem aliàs enim damnari & ſaluari poſſent. Eſto non habeant animam ſentientem: Nihil enim eſt extra mundum quod cœlum aut mundus ſentire poſſit. Eſto non habeant ſimilem animam plantis: quia mundus nihil habet extra ſe quo poſſit paſci. Tamen habent cœli animam mouentem. Id eſt quæ in ſuo loco moueri non poſſunt, vt lapides non habent animam: ea verò quæ perpetuò in ſuis locis mouentur animam habent ſaltem motricem. Et certè æquè probabiliter hoc dicitur ac illud quod dicunt perpetuò ab Angelis aſſiſtentibus moueri tum cælos tum ipſum mare. Nihil enim penitùs abſurdi hinc ſequitur.

Et quia aſſerimus in iſtis eſſe animam mouentem, neceſſarium mihi viſum eſt varios horum corporum motus prius aſſignare. Ergo de mari 1. dicendum eſt.

Motus 1. eſt à ventis quibus potiſſimum mouetur ſurſum & deorſum in mediis aquis, ad latera verò in litoribus.

2. Eſt Currentia dictus cum ceſſante ven-

to mare cum impetu ad litora affluit.

3. Eſt quo mare ſurſum attollitur ex ſpiritibus aut aëre, aut vento intra terram contento & poſteà iterum ſubſidet. 1. modo ingentem illam inſulam Athlanticam quę inter Europam & Americam interfuit inundauit mare; Item patrum memoria Zelandiæ pleráque. Item Venetiis omnia loca rebus aſſeruandis deſtinata impleuit mercesque corrupit.

4. Motus eſt quem in Oceano Chriſtophorus Columbus 1. obſeruauit ventum nimirum quendam ab alto ſtatis anni temporibus, flare. Vnde cum in Luſitania eſſet coniecturam fecit eum illinc ab humecta terra prouenire. Et hoc ſolum argumentum fuit quo nouum eſſe orbem coniecit.

Perſicum mare, Indicum & Narbonicum proprios habent motus. Nam cùm Sol auſtralia Zodiaci ſigna percurrit eſt valde æſtuoſum mare Perſicum. Quando verò Sol Septentrionalia ſigna percurrit eſt valde æſtuoſum mare Indicum: Sed mare Narbonicum ſingulis 7. annis mirabili tempeſtate agitatur. Sed obſeruatum eſt ad fluxum & refluxum ma-

ris Gallicani Aquitani ordinariè homines recedente mari, mori. Quod pluribus explicauit Leuinus Lemnius.

5. Motus eſt in Euripis, id eſt, in fretis anguſtiſſimis v. g. quinquaginta aut ducentorum, paſſuū, nam mare in aliquibus ſepties in die, in aliis viceſies quater obſeruante Franciſco Patricio in Liburnia.

6. Eſt dictus *Reſpiratio* Maris qui motus clarus eſt, Si aliquis ſtet in littore præſertim Mediterranei: ſimul enim mari teguntur pedes & nudantur; Iterumque teguntur & nudantur, & hoc continenter, vt & in fluuiis, ideóque quaſi ſpirare & reſpirare videtur.

7. Eſt *Purgatio* Maris: Etenim alio quodam vehemētiori motu expellit & quaſi expuit ad littus omne omninò alienū ſcil. cadauera, nauium fragmenta: Non autem ſicut terra lubens cadauera recipit. Quamuis hoc etiam conceſſum eſt cereuiſiæ, vt omne alienum reſpuat. Hoc tamen notandum eſt quod omnis aqua cadauera feminarum auerſa, virorum verò aduerſa reiiciat, quaſi conſultura pudori feminarum.

8. Motus eſt æſtus maris diurnus ſiue cum ſex horis affluit mare, ſex aliis horis refluit.

9. Eſt hebdomadarius quo ſingulis quadris Lunæ, vehementior eſt æſtus.

10. Eſt menſtruus quo ſingulis menſibus maior eſt æſtus.

11. Eſt motus trimeſtris, nam in duobus ſolſtitiis, & æquinoctiis ſemper maior fit æſtus.

12. Eſt motus annuus, maximè enim circa Ianuarium, aut circa Martium vehementiſſimus eſt æſtus.

13. Admirabilis eſt cum mare in aliquibus locis poſt aliquot annorum decades in alteram partem fluit v. g. in dextram ipſius litoris relicta; & nudata ſiniſtra parte: deinde iterum poſt aliquod annorum decadas dextram partem litoris relinquit & ſiniſtram inundat, quod in quibuſdam locis Normaniæ fieri ab expertis didicimus.

14. Motus eſt non tam mari quam aquæ Gallicanæ proprius ſcil. fluuio Lertio qui Beleſtari ortus ex alta rupe Fuxienſium ſingulis diebus vicies quater naſcitur, itaut ſiccum liceat, ſemihoræ ſpa-

tio tranſire: Sequente ſemi hora iterum recurrit, alia ſemihora quieſcit, tam exa-ctè dimenſo ſemihorarum ſpatio; vt nullum horologium certius eſſe videatur: Et hoc eſt ex toto orbe omnium maximum aquarum miraculum.

15. In lapidibus aliquibus Luna creſcente aqua creſcit, & Luna decreſcente decreſcit, quod in ſepulchro marmoreo D. Seuerini Burdigalæ videre eſt.

16. Eſt motus aquarum ſurſum in aërem per vapores: Deinde deorſum per pluuias.

17. Eſt omnes aquę fermè quæ ſupra terram in mare influunt, intra terram refluunt, & per fontes & ſcaturigines effluunt.

18. Oceanus ab Oriente ad Occidentem fluit, & ſuam habet vt vocant Currentiam.

19. A Septentrione ad Meridiem perpetuò fluit mare Mediterraneum & ſuam habet Currentiam.

20. Axioma nauticum eſt, apud Patricium & Medinam, mare canales ab ea parte quà latius influit, ſi verò ab vtraque magnum ſit mare ab vtraque parte

influit & refluit. Nam in medio talis fretũ & canalis fiunt ſibi obuiam aquæ & ſic refluunt ad vtrumque mare.

21. Eſt motus aquæ quo ſicca fugit, & ſe ſe in globum configurat, vt videre eſt ſi in ſiccos puluere s aquam infundas.

22. Omninò oppoſitu quo aqua non fugit ſiccum ſed proſequitur quo modo ſi lintei partem in aquam demittas aqua aſſurget totumque madefaciet linteum quamuis ſiccum.

23. Eſt in Oceano ad polum arcticum ad quem tanto impetu fertur, vt nullus fluuius tanta celeritate rapiatur, vt monuit Petrus Martyr in nouo orbe Patricius, & alii.

24 Vocatur motus *Tranſuerſarum* quando ad aliquod promontorium v. g. ad capud Bonæ ſpei aut circa inſulam. Madagaſcar venti oppoſiti flant, itaut aliquando accidat prius velum contrario vento impleri & alio vento poſterius, ideóque eſt periculoſiſſima tunc omnium nauigatio.

25 Eſt motus aquarum quæ vocantur inſanæ. Nam cum ſint frigidiſſimæ feruere videntur & ampullari, de qua re

Georgius Agricola & Scaliger.

His motibus aquæ præclarioribus, tandem motus terræ adiungendi ſunt.

1. Terra non moueri poteſt tota vel verſus Orientem, vel Occidentem, vel ſurſum, vel deorſum. Ratio infallibilis eſt quoquoverſum moueretur, aſcendere eſt cœlum verſus tendere: Terra autem cum non ſit leuis non poteſt aſcendere: Ergo nec ſurſum, nec deorſum moueri, præſertim cum nullum ſit deorſum, eſt enim terra in infimo ſiue in medio mundi.

Sed quare terra cum ſit grauis ſe ſe ſuſtinere poteſt, cum circumquaque ſit aër.

Reſpondeo, terra in ſuo loco non eſt grauis & vt loquuntur non grauitat: ſicut ergo non miramur quod aër non cadat quia non eſt grauis, ita cum terra in ſuo loco non ſit grauis non mirandum eſt, quod non decidat.

Sed cum non ſit grauis ſicut nec aqua grauis eſt in ſuo loco, vt natatores nouerunt, quare tam vehementes venti terram non impellunt aut mouent quaſi haberemus magnum globum leuem in aëre ſuſpenſum facillimè quouis vel par-

uulo vento moueri poſſet. Ita cum terra ſit globus magnus nec grauis, in medio aëre ſuſpenſus, quare non mouetur à vehementiſſimis ventis.

Alii non reſponderunt rectè. Sed ita dicendum: quemadmodum ſi magnus globus in aëre ſuſpenderetur non moueret ventus eum globum ſurſum, quia globus renititur & obſiſtit, ita cùm terra maximus ſit globus renititur & reſiſtit eo modo quo aqua reſiſtit & obnititur, ſi eam ex puteo haurire velis.

Sed quæritur vtrum terra non moueatur circulariter ab occaſu in ortum quemadmodum Coopernicus voluit, ita nimirum vt cœlum & ſtellæ quieſcant, terra verò moueatur vnà cùm aëre & aqua ab Oriente in occaſum.

Reſpondeo ex neutra parte argumenta firma ſunt.

Illi igitur qui putant hoc fieri non poſſe ſic argumentantur. 1. videmus Solem & Lunam moueri ab ortu in occaſum, nõ autem videmus terram moueri, ſenſibus igitur credendum eſt. Reſpondeo quemadmodum is qui in naui vehitur arbitratur eam eſſe immobilem & potius pu-

tur littora recedere, ita arbitramur cœlum moueri ab ortu in occaſum cum tamen terra moueatur ab occaſu in ortum.

2. Argumentantur: Si terra ſic moueretur deberent corruere ædificia. Reſpondeo non ſequi. Sicut enim in nauibus ædificata ædificia non ruunt, etiamſi moueantur, præſertim ſi malacia ſit, ita terræ inædificata ædificia non ruunt.

Argumentantur 3. ædificia & arbores ſemper propenderent in Orientem ſi terra in Orientem moueretur. Reſpondeo hoc eſſe falſum, nec enim cum nauis victoriæ iter, vniuerſi orbis perfecit, ideò ædificia aut malus in Orientem propendebant. Eſt enim quemadmodum terræ rotunditas inſenſibilis, ita etiam ædificia licet propenderent non tamen hoc ſenſibus notum foret.

4. Argumentantur ſi lapidem proiicias & terra moueatur neutiquam in eundem locum decidet, quemadmodum ſi è naue lapidem proiicias ſi moueatur nauis non decidet in eundem locum.

Reſpondeo hoc vnum argumentum perſuadere poſſe: nihilominus dici poteſt

ſi vnà cum terra aër velociſſimè moueatur vnà ſecum rapiet lapidem, ideóque in eundem locum decidet.

Sed motus terræ præclariores hi ſunt.

1. Eſt, quod aquæ ſint in terra fermè vbique & terra ſit velut ſpongia, ideóque ſæpius vno in loco inſtar ſpongiæ quæ aquâ repletur terra intumeſcit.

2. Eſt quia multus eſt ignis multuſque vapor in antris terræ. Hinc ſæpè attollitur terra & nouæ inſulæ fiunt, ſæpè etiam deprimitur, & ſubſidet terra, ideóque mari inundatur. Imò patrum memoria cineritios Puteolis montes terra eiecit.

3. Eſt, terra mouetur ad centrum mundi non tantum tanquã minor pars terræ ad maiorem, ſed penitùs tanquam ad centrum, ſicut enim fluuii in mare fluunt, non quod mare attrahat fluuios, ſed quod mare ſit centrum in eo loco, in quo eſt ſcil. in inferiore: Alias deberet Oceanus attrahere mare Mediterraneum quod tamen neutiquam fit. Ita etiam terra mouetur ad centrum non verò tanquam minor pars terræ ad maiorem, aliàs enim ſi terra in ſuperiore loco foret attraheret lapidem quod contra naturam rerum eſt.

4. Motus eſt, terra ſecundum partes mouetur motu recto quia cum fluuiis multæ partes terræ defluunt ad profundum maris: in alia autem parte denudatur & diminuitur.

5. Motus eſt quod terra plurimis in locis mari innatet: Hinc ex Plinio, Tacito, Nannio, Goropio, & alii Oceani fluuiis integræ fuerunt auulſæ regiones terræ & vnà cum arboribus natantes ad aliud litus procubuerunt ſubuerſis arboribus, præſertim verò in Belgio, Hollandia vbi tot arbores imò integræ ſyluæ arborum ſubterranearum & proſtratarum reperiũtur. Vnde Dani Patrum memor â venerunt ſua, vt reperirent terras, teſte Nannio. Vnde etiam Hollandia dicitur, deſt, terra lignorum, licet illic non ſint ſyluæ: Eſt enim illa lingua Lande, terra ol, lignum.

6. Motus eſt deorſum, ſed ex diuerſis locis ad vnum punctum, vt ſi v.g. ab vno polo aliquem lapidem, & ab alio polo alium proiicias hi duo lapides ad vnum conuenient centrum.

Sed quod de inſulis natantibus dixi adhuc ſunt tum alibi, tum in Gallia Bel-

gica ad D. Altomari. Fuit autem iſta opinio terram ferri ſuper aquas: & licet plerique irrideant, tamen hoc modo intelligi poteſt cum Platone, Moyſe, & Eccleſia, ſcil. in centro terræ eſſe tartarum ſeu abyſſum aquarum & terram vndiquaque illi innatare. Et certe Homerus & Antiquiſſimi ideò exiſtimarunt cum Thalete aquam eſſe proprium omnium rerum. Ideóque apud Ariſtotelem Dii iurant per Stygem, id eſt, Tartaream aquam quod iuramentum fiat per honorabiliſſimum. Sunt autem honorabiliſſima antiquiſſima ideóque propria rerum.

7. Motus eſt terræ eſt cum Solis, Lunæ, aliorumque ſyderum lumen calore perpetuo in terram humidam agat. Vbi præſertim terra & aqua mixtæ ſunt illic fit quædam terræ & aquæ mixtio, & quædam terrei elementi fermentatio, ideóque exterior hæc terræ pars rareſcit & intumeſcit. Quod quotidie fieri videmus in panis confectione à piſtoribus fermento appoſito.

8. Terrę eſt quemadmodum variæ figuræ, & variæ in cœlo ſunt imagines præſertim in 8. ſphæra, ita in terra admira-

biles omnium omnino rerum figuræ reperiuntur.

9. Motus eſt terræ eſt propriè dictus, terræ motus, & terræ tremor qui vnus omnium maximè mirandus & varius eſt. Mouetur enim 1. terra ſurſum & deorſum. 2. ad latera inclinando & quaſi librando. 3. mouetur omnia inuertendo & euertendo, itaut quæ partes fuerunt ſuperiores iam ſint inferiores. 4. quaſi vertigine laborat cum inuertit inſtar turbinis terram. 5. Cum terra omnino eleuatur aut cum ſubſidit terra. 6. cum penitus diſrumpitur. 7. quando ingenti ſono mugit & concutitur, vt eo anno quo Rhodus capta fuit. 8. quando verè tremit inſtar febrientis.

Mirandi ſunt hujus motus effectus.

Primò ordinariè peſtis ſequitur propter ſpiſſum, putrefactum & occluſum aërem qui erumpit præſertim verò ea animalia primum peſtis inuadit quę perpetuo os pronum habent, & in terra paſcuntur, vt ſunt oues. Ideóque tempore Senecæ ſexcentæ oues fuerunt extinctæ.

Secundò propinquę mari terræ abrumpuntur, vt Hiſpania olim ab Africa, Sicilia ab Italia &c.

Tertiò anno 1348. ex terræ motu 50. homines ruſtici inculgentes vnà cum vaccis extincti diriguerunt & corpora ipſorum à ſpiritu terreno in ſalarias ſtatuas redacta fuerunt, vt eſt in Annalibus Auentini.

Anno vrbis 385. in medio vrbis foro terra diſſiluit nec talis hiatus concluſus fuit antequam M. Curtius Eques Romanus in baratrhum ſeſe præcipitaret, vt eſt notiſſima hiſtoria.

Terræ motu duodecim celebres Aſiæ vrbes nocturno tempore interciderunt, vt Tacitus retulit.

Admirabilis terræ motus Chriſto moriente omnibus notiſſimus eſt.

In Sabaudia Germania, montes integri inuerſi, homines ciuitateſque obruerunt teſte refert Alberto.

Hoc autem curioſiores notarunt non amplius quam ducentorum milliarium ſpatium à terræ motu occupari.

Hoc autem vnicè notandum eſt nec Ægyptum, nec Galliam terræ motu concuti. Vnde Auctores dicunt Galli non tremunt.

Poſt hæc, de aëris motibus dicendum eſt.

Aër ſi non moueatur, & ſi ſit incluſus putreſcit quemadmodum & aquæ. Vnde in cauernis terræ maximé putreſcit quia immotus eſt. Rēfert Albertus Magnus cum diu occluſus fuiſſet puteus, & poſteà apertus 1. & 2. qui in puteum deſcēderat ſubitò extinctus fuit. 3. verò viſurus quidnã cauſæ eſſet, & in grauem morbũ incidit, & tamen poſtea aquæ fuerunt ſalubres cum iam aër incluſus expiraſſet. Similis hiſtoria ante 12. annos accidit Pariſiis in horto non longè à Palatio, vt vocant Reginæ Margaretæ ex tali aëre in lapidibus incluſo non tantum aranei, ſed etiam bufones naſcuntur, vt ex Georgio Agricola, & ex lapidibus Argentolienſibus conſtat. Et ex eodem aëre corrupto in ſpecubus Athlanticis naſcuntur craſſiſſimi ſerpentes qui corpore graues difficilè mouentur, quod media parte ſint denſiſſimi collo verò & caudâ gracili: quod ſi aliquem contingant ob virulentiam neceſſariò moritur. Et aliter adhuc draconem deſcribit Ioannes Leo Africanus in Africæ deſcriptione: Draco roſtrum habet & alas volucris, caudam ſerpentis, & pedes lupi & pellem verſi-

colorem geſtat, nec poteſt ſupercilia eri-gere, ſed in ſpeluncis degit.

Mirum tamen eſt cum aër immotus pu-treſcat, fructus tamen & flores in aëre immoto melius conſeruari ſi ſint in benè occluſis vaſculis præſertim verò ſub aqua. Hinc cellis vinariis melius conſer-uantur vina cum lumina tantum capiũt cellæ non ab Oriente non à Meridie, aut Occidente quod ea regio aëris nullam mutationem recipiat, ſed ſit firma & im-mobilis: Ideò etiam granaria, obſonia, & poma quæ Septentrionalem aërem nõ ſpectant neutiquam tam diu conſeruan-tur.

Nocte media & meridie maximè tran-quillus aër propterea quod ordinariè veſperè aut manè per ventos moueri in-cipiat. Venti autem in mane incipiunt, ordinariè media nocte ceſſant, qui verò incipiunt veſpere flare, ceſſant in meri-die.

Ideò peſtilentior eſt aër & annus qui non habet magnum à ventis motum.

Aër autem primò omnia permeat, & eò peruenit quò lux peruenire nequit. Lux enim tantum ea corpora penetrat

quæ habent poros rectos, aër verò in quoſcumque poros ſeſe inſinuat.

2. Aër in altioribus ædibus ſolet ventilari, & ſe rociprocare, præſertim cùm tempus quietum eſt. Ideóque in multis locis, vt Hieroſolymis & Bethleem altiora petunt, vt refrigerentur, quemadmodum nos imas ædium partes.

3. Aër meridionalis & venti inde ſpirantes corpora omnia laxant; ideóque in ædibus ligneis quæ meridiem ſpectant potiſſimum fit lignorum, & contignationum ſtrepitus.

4. Aër circulariter mouetur ab Oriente in Occidentem vnà cum cœlo: Ideóque quò altior, eo ſubtilior. Non tamen eo aptior humanæ vitæ aut plantis, vt oſtendi ex montibus Mexicanis inter Panama & Nombre dios.

5. Aër incluſus etiam 20. & plures annos peſtilentem fomitem conſeruat, vt conſtat nuper hiſtoria præceptoris cuiuſdam in Northmania qui poſt 20. annos ingreſſus granarium derelictum ob peſtem fuit eà correptus vnà cum nepote.

6. Aër incluſus ſi moueatur, nec ſurſum nec deorſum mouetur, ſed fluitat, quo-

modo in veſica incluſus fluitaret in aquis.

7. Ex ſuperiori loco ad mediam regionem quaſi deſcendit; Et ex inferiori loco ad eandem regionem aſcendit.

8. Aër maximè condenſatur, quod mirum eſt præſente igne poſito quod aër ſit incluſus, & poſtea calefactus adhibeatur alicui rei frigidæ, quod clariſſimè videre eſt in æneo inſtrumento cauo quod Vitruuius vocat æolipilam: Nam poſtquàm fuerit coniectum in ignem, itaut ardeat & poſtmodùm adhibeatur, aquæ eum in modum condenſabitur aër, vt plurimùm aquæ admittat.

9. Aëris motus ſimilis eſt motui fulminis & ventorum lateraliter nimirùm & obliquè, vt loquuntur Philoſophi.

10. Aër ſiue lumine, ſiue aliqua alia repellitur deorſum: Vnde facilius audimus voces ex ſuperiori loco prolatas quàm ex inferiore propterea quod aër veluti vehiculum vocis deorſum nitatur.

11. Aër mouetur aut inſtar turbinis aut inſtar globi, vt videre eſt in ardenti preſtere, id eſt globo igneo.

12. Perpetuò ex aquis, ex terra, imò ex

omni corpore exhalat, vnde in omni corpore etiam duriſſimo, plantæ & animalia naſcuntur. Hinc multi in aquis herbæ ſunt quarum radices non attingunt terram ſed ſolam aquam: Imò hinc vocatur mare herbidum & vireſcens alicubi. Hinc herbæ in ipſo aere creſcere & conſeruari poſſunt, vt nimirum ſemperviuæ: Hinc camæleon, & manucaudiata aëre viuunt. Hinc omnia inſpirat. Vnde Medici & animalia & plantas libero aëre veſcentes probant & Meſue. Et cum homo viuere poſſit abſque alimenro 7. dies nec momento quidem abſque aëre viuere poteſt. Hoc tamen mirandum eſt quod cum alia animalia quæ in aere, aut terra viuunt peſte moriantur ſoli tamen piſces, ait Ariſtoteles peſtem nunquã ſentiant.

Poſt hæc de igne variiſque motibus ipſius dicendum eſt.

Motus primus eſt ignis ſurſum, ideóque perpetuò flammæ locum ſuperiorem ſpectant acuminata figura, nec ad quamuis partem cœlorum tendunt ſed ad Zenith: non enim ad Orientem aut Occidentem, non ad Septentrionem, aut Meridiem, quia longius diſtant, ſed linea

ignis pergit nec lucere, nec vrere, nec conſumere.

2. Motus ignis eſt deorſum ſed lateraliter, quomodo fulmina deſcendunt.

3. Eſt volutatio ignis inſtar globi. Item motus ſaltuatim, quæ omnia ex fulmine quod ante tres annos in Templum D. Baſilii apud Stempenſes incidit conſtat. Illic enim ſaltuatim ſurſum, deorſum mouebatur ignis & pallium ex vno loco abreptum in alium ſuſtulit & detulit. Item globus ignitus voluebatur per Eccleſiam vt teſtes ſunt vniuerſę Stempę.

4. Motus eſt quo ignis mouetur ſub concauo Lunæ in ſuperiore ſuperficie circulariter ab Oriente ad Occidentem vnà cum cœlis, inferiore autem ſuperficie mouetur oualiter. Quod autem ita moueatur conſtat ex cometis qui vnà cum cœlo ab ortu in occaſum mouentur. Quoad inferiorem ſuperficiem ignis elementaris notandum eſt ſub zona torrida, & ſub Zodiaco multò plus eſſe ignis quàm ſub vtroque polo ſub quo plurimum eſt aëris frigidi. Ideóquè in zona torrida ignis multò inferiorem locum occupat quàm ſub polis. Illic enim quaſi anguſta-

tur inſtar oui, ideóque dictum eſt ſecundum ſuperficiem inferiorem habere oualem figuram & motum:

5 Motus eſt; ignis noſter ſuperiore parte Pyramidis in morem aërem findit: Inferiore verò parte qua pabulum ſequitur facit figuram circularem & motum, vt ex papyro & linteo accenſis conſtat.

6. Motus; rareſcit ignis in omnem omninò partem, præſertim verò in partem ſuperiorem. Hinc puluis tormentarius in manu accendi poteſt abſque læſione, quia in ſuperiorem partem ignis tendendo rareſcit. Et hac de cauſa res reſiſtentes raritati rumpit, vt videmus in tormentis bellicis. Ignis tamen ille quem Chymici vocant aurum fulminans, potiùs in inferiore parte rareſcit, atque adeò deprimitur.

7. Motus eſt quo mouetur ad ſuum pabulum, atque id ad ſeſe attrahit attollendo, rarefaciendo, vt in candelis conſtat. Pabulum autem ignis potiſſimum duplex eſt. Vnum ſulphur, alterum bitumen ſiue piceus lapis, ſiue aſphaltites, ſiue fabrorum carbones,&c. Sulphur aquis extinguitur, bituminoſus verò ignis aquis

alitur, terreſtribus autem & ſiccis extinguitur. In Iſlandia mons Hecla ingentia ſaxa &c. euomit & cineres tanto terrarum ſpatio, vt ad quinque leucas regio coli non poſſit. Ad eundem montem eſt bitumen ardens quod omnem aquam abſumit, ſtupam verò intactam relinquit. Eſt autem bituminis ſignum cum ignis montium fluuiis alitur. Et notandum eſt aliquando tali impetu erumpere, vt nouos montes faciat, ſicut patrum memoria ad lacum Auernum mons natus eſt ideò dictus modernus, vt eſt apud Georgium Agricolam.

8. Motus eſt ignis ſubterranei in ſpecubus & antris ſubterraneis profundiſſimis, præſertim vero ad Leodium: quemadmodum enim mare ſingulis diebus ſuum habet fluxum & refluxum, ita illic ſingulis diebus, certis horis ignis commouetur, & poſtea abit & extinguitur. Illic ergo lapides carbonarii exciduntur tanta copia, vt ad omnem ignis vſum ſufficiant. Specus autem ſunt ſub terra per aliquot leucas, & quod notandum; cum illic graſſatur ignis, intactos tamen eos relinquit qui lineis & nondum lotis ve-

Digitized by Google

ſtibus ſunt induti, & qui virgis colurnis hunc ignem verberant, vt deſcripſit Goropius in antiquitatibus Gallicis. Ex quibus facilè aliquis coniicere poſſet quomodo ignis vniuerſam aquam abſumere poſſit, ſi nimirum bituminoſus ignis aquis ipſis alatur.

2. Aliquis coniiciat ignem infernum naturaliter inextinguibilem, ſi nimirùm fiat ex lapide Asbeſto ſeu amianto, ſeu lino viuo qui lapis adhuc reperitur. Nam hic lapis inextinguibiliter ardet. Quod ſi ex eodem lapide fiat oleum ignis æternum durare poteſt. Deinde veterum lucernæ per aliquot hoc modo ſæcula durarunt. Præterea ſi in homine ſiue in aliis animalibus ignis & calor ita poſſunt contemperari, vt nihil omninò abſumat, tamen perpetuo maneat, quare non talis ignis in terra perpetuus reperiri poſſit? Dixi autem in Admirandis de adoleſcente Senonenſi qui 4. annos abſque omni cibo vixit & interiit nuper 1616.

CAPVT X.

De viuentibus in terra repertis.

COſmographia generaliter deſcribit res Mundi vniuerſas ſecundum cœlum & quatuor elementa.

Et quia hæc hiſtoria de viuentibus aut viuentium ſpecie in terra repertis curioſiſſima eſt, vt ait Vlyſſes Aldroüandus Gorropius, Agricola, Herodotus, Olympiodorus, ideo rem aliis Coſmographis intactam perſequemur.

1. Itaque frequentiſſimi ſunt in viſceribus terrę dæmones, præſertim vero in metallorum fodinis varia ſpecie, variaque figura variiſque moribus.

Priuſquàm eos deſcribam: notandum eſt ſi ſacroſanctam fidem ſeponamus nullum argumentum ſatis firmum eſſe quo demonſtrari poſſit eſſe dæmonas. Nam cum animę hominum ſint immortales, omnia quæ de ſpectris, & apparitionibus dęmonum referũtur, ad animas

malas hominum defunctorum referri poſſunt.

Sed tamen ex Pſello de operationibus dæmonum conſtat dæmones alios eſſe igneos, alios aëreos, alios aqueos aut terreſtres aut ſubterreſtres & lucifugos de quibus iam dicam.

Sed quæritur quare tales vocentur?

Reſpondeo primò. Ex ſententia Platonicorum quemuis Dæmonem aliquo corpore circumdari; ſicut & anima noſtra corpore quaſi veſtitur ſunt ergo aliqui corpore igneo, alii aereo, &c.

Reſpondeo ſecundò. Quemadmodum non quęuis anima in quouis loco & corpore habitat, ita alii dæmones in igne, alii in aere habitant.

Tertió fortè damnati alii ad æternas tenebras, alii ad ignes, alii a'd tartarum &c.

Hiſtoria igitur talis eſt, triplicis generis dæmones in terra reperiuntur: alii muti, alii non ſed bruti: vt enim alia animalia aut muta penitus ſunt, vt piſces aut non muta, bruta tamen vt aues quæ etiam loquelam formare poſſunt; ita etiam aliud genus dæmo-

num brutum, aliud mutum eſt: deinde aliud quaſi rationale quod humana figura apparet, loquitur, riſumque fingit, &c. Et certè vt eſt aliquod animal quod eſt rationale & immortale ſcil. Angeli aliqui apud Platonem: ita eſt aliquod animal irrationale & immortale ſcil. Dæmones illi bruti, aut muti: alii verò etiam ſunt animalia eidem Platoni rationalia & immortalia.

Licet autem omnes Dęmones ſint pernicioſi hominibus, magis tamen terreſtres in fodinis metallicis ſunt, vel truces & terribiles, vel ſunt mitiores & hominum imitatores qui lætitia geſtientes rident & multa videntur facere cùm prorſus nihil faciant in fodinis, & aliquando noctu in cubiculis, qui etiam aliquando ſunt in famulatu, vel dæmones familiares, vel etiam equos, aliaque curant. Georgius Agricola admirandas horum dæmonum actiones refert: dum vnus in aliqua fodina 12. operarios interfecit, alius verò operarium in altiſſimum montis iugum non ſine attritu extulit.

2. Reperiuntur in locis ſubterraneis

Pygmęi (Non iam de his loquor qui caſu aliquo ſunt monſtra & ex hominibus naſcuntur, ſed de iis loquor qui intra terram reperiuntur iiſdem in cauernis cubitali tantum magnitudine.) Sed quęritur quodnam genus hoc ſit viuentium.

Reſpondeo primò, multos tales eſſe dæmonas hanc ſtaturam ementitos. 2. Illi qui in fine tertii generant de quibus Agricola, Tinnulus, Ariſtoteles, Albertus Magnus, & qui 8. moriuntur anno non ſunt homines, ſed aliud genus animalium medium inter homines & bruta. Nam bruta quia ratione carent bruta vocãtur; quia carent oratione vocantur muta: Pygmęi autem iſti quia ratione carent bruta ſunt, quia vero loquuntur manus habent & erecti ſunt nõ poſſunt vocari muti. Quod autem ratione careant probatur ab Alberto Magno. Homines ratione vtuntur, iuſtitiam colunt, Remp. adminiſtrant: ſunt religioſi, noſcunt vniuerſalia, artes, verecundiâ à re turpi amouentur, gloria ad honeſta incitantur: mouentur Rhetoricis & Poëticis perſuaſionibus: nihil

autem horum præſtant Pygmæi; ergo non ſunt homines.

3. In montibus Ægypti ſuperioribus, in Alpibus altiſſimis, in ſuburbanis Pariſiorum, præſertim ad Melodunum, & non tantùm in montibus ipſis, ſed in ſaxorum ſolidiſſimorum viſceribus conchilia, oſtrea, conchæ, aliáque teſtacea reperiuntur: Item dentes canis Carchariæ, vel potiùs Gloſſopetræ, imò oſſa, vt vocãt Gigantum, hominumque & in Hybernia ſaxei ſerpentes, vt eſt apud eundem Aldroüandum & alios.

Quæritur, vnde hæc oſtrea; &c. & quomodo nota fuerint. Communis Philoſophorum opinio eſt & idiotarũ eſſe reliquias magni illius diluuii: Opinio Herodoti, Ariſtotelis, Plutarchi, &c. eſt perpetuam eſſe commutationem terræ & maris; Itaque vbi iam eſt terra ſicca illic aliquando mare fuiſſe. Olympiodorus turbine aut vento aliquo illic fuiſſe allata docet. Hæc omnia falſiſſima ſunt. Nam in intimis lapidum ſolidiſſimorum viſceribus & altiſſimis tales conchæ reperiuntur quò nec mare nec vllum diluuiũ

penetrare potuit. Deinde in altiſſimis Alpium iugis reperiuntur frequentiſſimè talia: quomodo autem tam breui tempore tot tantaque enata aut reliqua. Præterea oſſa mortuorum ſpeciem referentia & dentes reperiuntur in altiſſimis ſaxeis montibus: Non autem poteſt dici hoc eſſe quaſi reliquum ipſius diluuii.

Dicendum eſt cum cœlum omnia in ſublunaribus generet: ſi reperiat materiam & humorem aptum ad figuram tantum introducendam ſolam figuram facit: vbi verò aptior eſt materia vnà cum figura animam producit. Nam bufo viuus in marmore Antuerpiano & ſaxo Argẽtolico repertus: & in littore Italiæ Anconitano ſaxa 60. librarum ex mari extrahuntur quæ non niſi maioribus malleis ferreis rumpuntur & in medio piſciculi viui delicatiſſimi aliquando 20. ſimul extrahuntur quos Veneti vocant *Cappas longas*, vt eſt apud Aldroüandum & Goropium.

Suprà ex hiſtoriis Anglicis & Rabinicis oſtendi in antris & viſceribus terræ homines virides & cæruleos reperiri.

Quæ autem hominum ſpecie & figu-

ra aut etiam qui veri homines prętérea reperiantur iam dicam.

Reperiuntur itaque in terra & ipſis mediis lapidibus marmoribuſque figuræ naturales hominum,ſerpentum: illæ autem figurę aliæ videntur ſculptæ, atque adeò eleuatæ, aliæ videntur pictę ſiue iiſdem cum lapide, ſiue diuerſis coloribus. Vt Venetiis in medio marmore ſecto figura Regis cũ Diademate & ſceptro expreſſiſſima reperta fuit, vt refert Albertus. Iam in Britannia Gallica non longè à ciuitate quæ iam dicitur *Quinpercorantin* lapis crucifer reperitur frequens. Et in concha reperta in magno piſce ſerpentes affabre depicti & ſculpti, ita ut oculi etiam apparerent, & mutuo complexu ſe ſe inuoluerent, Pariſiis tempore Alberti Mag. reperti fuerunt.

Hactenus de Centauris, Satyris, Tritonibus & Sirenibus fabula credita fuit, & tamen D. Hieronymus deſcribit in epiſtolis, in deſertis Ægypti viſum hominem equo mixtum humana licet barbara voce loquentem. Item viſum Satyrum aduncis naribus fronte cornibus aſperata caprarũ pedibus, humana voce.

Idem refert Conſtantino Magno viuum ſimilem fuiſſe allatum: & ex Caſaubono in Satyra ſimilem vidit Cenomanis nuper.

Sub Mauritio Imperatore in Nilo viſus Triton & Siren blandiſſimis vocibus & harmonia, vt refert Michaël Glycas.

Iouianus Pontanus refert hominem viſum qui plus in mari quàm in terra victitaret, & maxima interualla, ſæuiſſima etiam tempeſtate in mari conficeret. Item apud Alexandrum ab Alexandro viſus homo marinus vultu & corpore humano pube tenùs poſtremis in piſcem deſinentibus. Theodorus Gaza refert fuiſſe viſam Nereidem viuam & ſpirantem vultu humano facie decorâ, cuius poſtrema in locuſtam deſinebant. Ita Triton viſus eſt in Ægypto qui in ſpelunca latens mulieribus ad fontem inſidiabatur. Quis autem nouit an aliquid ſimile credere poſſimus quod in Gallia circumfertur de Meluſina?

Quod autem Druides & Druidæ feminæ in antris habitarunt; hoc propter ſtudium literarum, vt ex monumentis conſtat factum eſt.

Iam verò

Iamuerò præter piſces Anconitanos quos retuli adhuc alii reperiuntur, & è terra effodiuntur plerumque nigri, vt ſunt anguillæ & hodie in Germania inueniri docet Agricola. In Northmania autem non longè à ciuitate *Faleza* ſingulis annis menſe Iulio erumpunt aquæ ex terra nullo manifeſto hiatu, ibique tũ anguillæ, tum alii piſces ſunt ſed morbiferi. Alia quædam in Admirandis Galliæ notaui.

Seneca autem refert eſſe ſtagna ſub terra in quibus hi ſubterranei piſces naſcuntur plerumque mortiferi. Sed ex Theophraſto conſtat ſubite frequenter piſces ipſam terram ſtupentes, plerumque & viuentes radicibus graminis effoſſos verò ſe ſe mouere. Qua ratione idem refert in Ponto glaciali concretos piſces non ſeſe mouere priuſquàm coquantur.

In Suecia tamen lacus eſt nigris piſcibus quibus homines ſine damno veſcuntur.

Præter piſces, plures ſunt ſerpentes, ſubterreſtres: hic tantum referam baſiliſcum & viperam.

Non eſſe fabulam quæ de baſiliſco circumferuntur Scaliger & alii docent,ſcil. Romæ ad ædem D. Luciæ ſtabulatum fuiſſe baſiliſcum qui afflatu ſuo magna lüe vrbem affecerit. Simile refert Agricola in cella vinaria latuiſſe baſiliſcum mortiferum, ideóque cellam fuiſſe penitùs obſtructam. Eſt autem baſiliſco caput acutum & flauum, candida macula tanquam diademate: ſibilo omnes ſerpentes fugat & erectus incedit, & contactu omnia venenat.

Vipera non vt antiqui crediderunt parit licet ſaxa tota hyeme ſubeat, ſed oua intra ſe parit quibus in vtero excluſis viuas parit animantes, & vno & eodem die ſæpè 11. aut 12. quibus poſtea ſuperſtes eſt.

Adhuc hiſtoria Salamandræ nobilitatæ ſymbolo Franciſci 1. Galliarum regis referenda eſt. Nam Agricola refert in cuniculis altiſſimi montis plurimas repertas ſalamandras. Cum eſt in igne propter frigus non aliter ac glacies ignẽ extinguit, ſicut & oua ſerpentum in ignem coniecta flammam ſolent extinguere: Attamen & ſalamandra & oua

tandem à flammis comburuntur.

Hoc multis admirabile viſum, iuxta ripas fluuiorum magno numero paruos lapillos quaſi cæmento optimo iunctos reperiri: Itaut aliqui crediderint eſſe opera Antiquorum, ſed per aquam destructa, imò tota longitudine litoris aliquando ordo laterum, ſeu tegularum inuenitur ac ſi arte illic cõſtructi fuiſſent: Nec tamen opus eſſe artis hinc conſtat quod nimis tenue ſit, nec habeat modum muri, propterea quod tantum ſint aliqui lateres iuxta lateres, nec tamen aliquid aut ſupra aut infra muro ſimile continent.

CAPVT XI.

De diuiſione Mundi cœleſtis & terreſtris in circulos, & primùm de Æquatore.

Mathematici circulos tam in cœlis quàm in terra aſſignant, non quod reuerà tales circuli deſcripti ſint in cœlis aut terra, ſed propter actiones & phænomena in mundo, quæ non licet ex-

Digitized by Google

plicare niſi aſſignatis circulis. Nihilominùs tamen duo reuerà circuli apparent in 8. cœlo ſcil. Zodiacus & circulus lacteus quem Procli ſphæra exhibet, non autem ſphæra communis.

Diuiditur omnis circulus in trecentos & 60. gradus ſeu partes æquales. Et inter circulos tam in terra, quam in cœlis aliqui ſunt maiores, qui cœlum au: terram in duas æquales partes diuidunt. Alii ſunt minores qui ſic diuidunt mundum, vt vna pars ſit maior, alia minor.

In circulo maiori quiuis gradus ſeu pars in terræ ſuperficie continet 60. milliaria Italica, id eſt 30. leucas cõmunes Gallicas, ſiue 15. mill. Germanica communia. Vnde facile eſt colligere ambitum terræ: cùm enim habeat 360. gradus & quiuis contineat 30. leucas facilis eſt multiplicatio.

Vocantur præterea maiores circuli, quòd magna huius mundi opera in illis aut ab illis fiant. Hic enim Zodiacus maior circulus eſt, quia ſub illo circulo prout Planetę accedunt aut recedunt fiunt mutationes, & vita atque mors omnium rerum dependet. Sic Æquator

magnus circulus eſt, quia illic velociſſimus eſt mundi, ſeu cœlorum motus. Sic Meridianus maior eſt, quia illic cum ſunt potentiſſimam habent virtutem ſtellæ & Planetæ, vt videre eſt cum Sol eſt in Meridie. Sic Horizon circulus magnus eſt, quia cùm ſtellæ & Planetæ ſupra noſtrum Horizontem incipiunt aſcendere & apparere, in hæc inferiora potiſſimum agere incipiunt.

Æquinoctialis circulus medius eſt inter duos polos 90. vtrinque gradibus diſtans. Ideóque Æquinoctialis eſt, quod cum Sol illuc tranſit quod fit bis ſcil. in fine Martii & in fine Septembris; dies & noctes ſunt æquales 12. ſcil. vtraque horarum.

Motus autem huius circuli eſt ab Oriẽte in Occidentem, iterumque in Orientem, ideóque vocatur motus rationalis quia eſt à dextra ad ſiniſtram. Probatum enim eſt dextram mundi eſſe Orientem. Rationalis autem motus eſt à dextra ad ſiniſtram, vnde & Orientales rationabiliùs à dextra ad ſiniſtram ſcribunt. Item ex Ariſtotele facilius pondera feruntur parte ſiniſtrâ quàm dextra, quod dextra

mouere poſſit & iuuare ſiniſtram fatigatam, non autem ſiniſtra dextram defatigatam facilè iuuat, vt ait Ariſtoteles. Et certè ſanguis craſſior & robuſtior eſt in dextra quàm ſiniſtra, &c. Deinde motus rationalis eſt, cũ à principio ad effectus & hinc ab effectu ad principiũ redimus: omnis autem ratio eſt quæ aſſignatur per principia & cauſas. Motus verò aliorum cœlorum & Planetarum eſt à ſiniſtra ad dextram ſcil. ab Occidente ad Oriẽtem &c. Irrationalis autem motus eſt cum ab effectu ad cauſam, iterúmque ad effectum redimus: Occidens autem eſt pars poſterior & debilior ipſius mundi.

Sub hoc circulo qui aliàs vocatur Linea, abſolutè mirabilia fiunt. Nam ex Peirardo in peregrinationibus ad inſulas Maldiuas conſtat, mirabiles eſſe tempeſtates in mari & quaſi ſuffocationem, itaut ex effectu in mari colligere liceat, vbinam ſit circulus Æquinoctialis. Deinde illic ſunt & deſcendunt pluuiæ vermiculares frequentes: Deinde morbus ille frequentiſſimus eſt, quem exteri & Medici vocant Scorbutum in quo vnà cum vlceribus totius oris, dentes omninò laxi

ſunt,& ita tremuli vt vix hæreant, ſtatim tamen vt exponuntur tales homines in terram,ſanantur: Ideóque Nautæ Galli vocant, *le mal de terre.*

Quæritur an terra ſub hoc circulo ſit habitabilis,atque adeò omne illud ſpatiũ quod intra duos Tropicos intercedit, & quod ſpatium tam in cœlo quàm in terra vocant Zonam torridam Antiqui: alii verò vocant cingulum mundi aut etiam centrum ſicut Scaliger & vocant montes cingulum terræ.

Reſpondeo jam conſtare experientiâ non tantùm eſſe habitabilem regionem ſed omnium omninò temperatiſſimam. Poſteriorem partem non omnes conceſſerunt Moderni, eſt tamen Barthomanni, Petri Martyris oculati teſtis & Iuuſtini &c. difficultatem parit quòd Sol illic perpetuo radios ſpargat quaſi perpendiculares: Cùm igitur tantus ſit calor apud nos qui tantùm diſtamus à radiis ſolaribus,quantus calor erit earum Regionum quæ ſubiectæ ſunt ipſi ſolis motui?

Reſpondeo tamen hoc argumentum aliquod pondus habere ſi loquamur de iis regionibus quæ ſunt ſub Tropicis vt vide-

Digitized by Google

bitur, non autem de iis quæ ſubſunt Æquinoctiali. 1. quæ eſt ratio pulcherrima, quia illic Planetæ tam calidi quàm frigidi, ſigna tam calida quã frigida, æqualiter lucent & agunt; ideóque temperatiſſimam efficiunt regionem. 2. homines illic non ſunt nigri, imò & diutiſſimè viuũt & intellectu præſtant, cum omnis ſapientia à Perſis, Indis, Chinenſibus fluxerit, quæ ſigna ſunt optimi temperamenti, optimique cœli. 3. gemmæ illic ſunt preſtantiſſimæ, aromata omnium optima, ligna omnium præſtãtiſſima, animalia, vt elephantes admiranda. Aranei & ſerpentes vel non, vel vix venenati: quæ ſigna ſunt præſtantiſſimæ regionis. 4. vbi eſt Ver & Autũnus perpetuus illic, plus eſt aquæ, plus pluuiarum, ventorum quã in noſtris regionibus propter æſtatem aut propter hyemem. Cætera argumenta pro hac re, vulgaria ſunt, ideóque non aſcribenda.

CAPVT XII.

De circulo ſignifero.

VOcatur Zodiacus, ſignifer, balteus cingulum & faſcia mundi. Nam prout Planetę ſub hoc circulo mouentur, accedunt aut recedunt, omnium rerum vita & mors accedit. Vt Sol cum propius ad nos accedit in ſignis Septẽtrionalibus æſtatem, vitàm, plantarum, animaliumque maiorem, vigiliam & motum efficit: Ita de Luna & aliis Planetis prout ſub hoc Zodiaco mouẽtur, loquendum eſt. Magis enim in nos agunt Planetæ cum ſunt in ſignis Septentrionalibus.

Hic circulus 12. gradus latus eſt & 12. habet ſigna ſiue conſtellationes.

De virtute, aliiſque 12. Signorum etiã ſupra dictum eſt. Vocantur autem ſigna, non quòd tantũ ſint ſigna ſed etiam cauſę rerum illarum quas ſignificant, aut quarum habent ſimilitudinem & quod potiſſimum in eas res agant ſuamque vim

exerceant quarum habent ſimilitudinem. Cùm autem ſint 12. ſigna, quatuor vocantur ſigna humana ſiue rationalia nempe Gemini, Virgo, Sagittarius, Aquarius, quia hoc ſub ſigno nati ſunt magis humani & affabiles, aut quòd potiſſimùm hæc ſigna agant in homines.

Signa hæc, alia ſunt ignea, bilioſa, alia ſunt terreſtria, melancholica, alia ſunt aërea, ſanguinea: alia ſunt aquea, pituitoſa: quæ autem ignea ſint, hoc modo cognoſces, vt ſupra dictum eſt.

Huius circuli duo ſunt latera, vnum auſtrale ſeu meridionale, ſiue ſiniſtrum, in quo ſunt ſigna meridionalia: alterum latus eſt Septentrionale ſiue dextrum, in quo ſunt ſigna Septentrionalia, ſcilicet, ſex prima, Aries, Taurus, &c.

Et licet in globo, Sphæra, circulo, nulla ſint latera, tamen Philoſophi latus dextrũ mundi vocant Orientẽ, & latus ſiniſtrum Occidentem, vt ſupra dixi. Coſmographi verò & Aſtrologi vocant partem dextram Septentrionalem, ſiniſtram meridiem: & certè vt in parte ſiniſtra eſt, cor fons vitæ, ita Zodiacus & Planetæ ſunt in parte ſiniſtra, & Auctores ſunt om-

nis vitæ. Deinde vt pars dextra magis eſt maſcula fortior & robuſtior atque ſanguinolentior, craſſo ſanguine: ſiniſtra verò pars eſt ſanguine delicatiore & frigidiore, & effeminatiore plena: ita & homines & animalia robuſtiora ſunt craſſioraque &c. in Septentrionali parte. In Meridionali latere, homines ſubtiliores, ſapientiores, prudentiores, timidiores &c. Præterea longitudo mundi ſumitur ab Oriente ad Occidentem aut è contrà, propter habitationem frequentiorem aut in cœlis, propter frequentiores Stellas: latitudo verò eſt à Septentione ad Meridiem &c. quia non ita habitatur terra in iſta parte.

Hoc notandum eſt omnes Planetas ſub hoc circulo ita moueri, vt vix ac ne vix quidem vnus, atque alius extrà vagetur.

Quéadmodũ autem Sol prout in alio eſt ſigno aliam habet virtutem, ſcilicet in tribus 1. facit vernum tempus in ſequentibus tribus æſtatem: deinde in aliis tribus autumnum, in poſtremis tribus hyemem, ita Luna prout eſt in alio ſigno ita etiam Iupiter, Mars &c. habent aliam virtutem. Quod manifeſtè ex Ptolemæo

& Medicis patet. Nam vt ſupra oſtendi, quoduis ſignum dominatur in aliquam corporis partem. Iam valdè cauendum eſt ne membrum aliquod tangas vel ferro , vel igne , vel cucurbitulis, quando Luna ſub talis membri ſigno diſcurrit v. g. quando Luna eſt in Geminis nec cauterium , nec Phlebotomiam in brachiis &c. celebrabis. Ratio eſt quia tunc Luna humores auget in tali membro quorũ affluentia & conſolidationem prohibet & grauat membri virtutem. Preterea quando Luna Arietem ſubit, opportunè balnea tentabis & lauacra quãdo Luna eſt in Cancro feliciter detrahitur ſanguis, medicina accipitur. Quando eſt in Leone non eſt prouocandus vomitus. Cùm eſt in Libra clyſteribus apta eſt. In Capricorno in Aquario ſumere Medicinam nocet: quando vero Luna eſt in Cancro, Piſcibus & Scorpione, Medicina probatur. Quia autem omnia ea quę Aſtronomi per ſphæram materialem docent difficilia ſunt, quod non ſemper liceat inſtrumenta Mathematica ſecum ferre: ideò lubet initium dare quã ratione ſphæra in manu poſſit conſtrui : ergo

medius digitus ſit æquator: duo proximi ſint 2. tropici, minimus verò & pollex ſint 2. circuli polares: complicata verò manus per articulos poſtremos & medios exhibebit tibi Zodiacum. Iam veró ſuperpone digitum alterius manus exhibebit tibi Meridianum: circumpone autem digitum alterius manus, exhibebit tibi Horizontem: pari modo 12. ſigna numerabis in illis articulis. Eadem ratione cognoſces 5. Zonas mundi. Extende enim manum tuam ad Orientem ſolem, medius digitus ſignificabit Zonam torridam, digitus maior Zonam Septentrionalem temperatam, & pollex Zonam frigidam Septentrionalem: annularis verò digitus exhibet Zonam temperatam auſtralem: digitus veró minimus Zonam frigidam Antarcticum. Extendere autem debes manum ſiniſtrã. Nec fruſtra Chiromantæ 7. Planetas volæ manus præpoſuerunt de qua re fortè alibi.

Multum intereſt hodie qua horâ non tantum aliquis naſcatur, ſed quo die & horâ incipiat aliquid agere. Hinc Ptolemæus ait in Centiloquio quò aliquis melius eligit eò magis naturaliter agere

videtur. Albertus Magnus in Speculo ait libertas arbitrii ex electione horæ laudabilis non coërcetur, ſed potius in magnarum rerum incœptionibus electionem horæ contemnere, non eſt arbitrii libertas, ſed pręcipitatio.

Hic igitur in quo ſigno Sol ſit: & quotus dies ſit Lunæ dicendum eſt.

Inuenerunt duos verſus ſcil.

Inclyta laus iuſtis impenditur:
Hæreſis horret.
Garrula, grex, gratus, fauſtos
Gratatur honores.

Quoduis vocabulum eſt pro aliquo menſe incipiendo à Ianuario quem ſignificat vox 1. ſcil. inclyta; pro Februario eſt vox 2. ſcil. laus & ſic deinceps.

Iam oportet ordinem ſignorum nouiſſe per verſus duos ſupra allatos, & nouiſſe primum ſignum eſſe pro menſe Martio: ſecundum pro Aprili &c. Iam igitur volo noſcere quando Sol ingrediatur in menſe Maio ſignum Geminorum, accipio vocabulum hæreſis, ſignificat tantum quintum menſem â Ianuario: quo facto video quota litera Alphabeti ſit h. à qua incipit *hæreſis*, & video eſſe octa-

uam: Iam igitur 8. à 30. aufero remanent 22. ergo 22. Sol intrat in ſignum Geminorum.

Iam verò vt ſciam quota ſit dies Lunæ hodiè ſic operor. 1. accipio menſem incipiendo à Martio, eſt ergo Maius menſis 3. 2. video quota ſit dies menſis & video eſſe triceſimam: deinde accipio Epactam quæ hoc anno eſt 5. omnia iſta colligo & habeo 38. aufero iam 30. & remanent 8. ergo eſt 8. dies ipſius Lunæ. Quod ſi numerus non accedat & excreſcat vltra triceſimum nihil abiiciendum eſt.

CAPVT XIII.

De Meridiano, ſeu aureo orbe.

QVemadmodum maxima virtus eſt Solis in Æquatore præſertim cùm efficit Æquinoctium Autumnale tunc enim folia ſalicis inuertuntur: & quemadmodùm in Tropicis magna virtus, eſt præſertim cum Sol facit Solſtitium Æſti-

uum tunc enim filices & aliæ Solſtitiales plantæ florent: in Solſtitio autem hyberno pulegium floret. Ita in meridiano maxima Planetarum ſtellarumque omnium virtus eſt.

Eſt autem Meridianus circulus qui tranſit per Zenith vniuſcuiuſque noſtrum ab vno polo ad alium: ad quem circulum cum Sol peruenit eſt nobis Meridies ideóque non tam Meridies, id eſt media dies huic circulo nomen fecit quã mera dies propterea quod ordinarie Sol vaporibus diſſipatis clariorem efficit diem; ideoque ſolemus dicere aliquid eſſe clarius meridianâ luce. Et hinc vocatur etiam aureus orbis & cuſpis regalis, cardo regius ob virtutes quas in nos exercent ſtellæ & planetæ cum ad Meridianum peruenerunt. Vt enim Sol in meridie potentius lucet, mouet & nos calefacit, ita cætera aſtra cum ad meridianum peruenerunt idem faciunt. Sol autem ſtare in meridiano videtur & dictum eſt in ſacris literis Sol ſtetit in medio cœli.

Nota ſi aliquis locus aut ciuitas aut gradus verſus occidentem à nobis diſtet ita ut

vnicuique

gradui 30. leucas communes gallicas aſcribamus tunc ille locus vna hora tardius habebit meridiem, id eſt, cum apud nos erit hora prima, apud illos erit meridies. Pariter cum nobis eſt meridies, in ciuitate quæ 15. gradus verſus Orientem à nobis diſtat, erit hora 1. & ſic de aliis loquendo.

Duplex eſt Meridianus, vnus fixus & ſtabilis qui eſt medius inter verum Orientem & occidentem. Ptolemæo & aliis verũ Occidens eſt in inſulis Canariis: aliis verò in inſulis Azoribus vt ſuprà dixi: ergo 180. gradus à vero Occidente ad verum Oriens interſunt: Alius verò Meridianus eſt pro ratione locorum cum pro Zenith habitantium Meridianus tranſit. Et rectè notatum eſt hominibus non eſſe eandem mentem ante Meridiem & in Meridie, & poſt Meridiem. Nam manè ſanguis in nobis dominatur, in Meridie bilis, veſperè melancholia, nocte pituita. Et hoc etiam notandum eſt in Meridie potiſſimum venenum ſcorpionibus aliiſque exaſperari.

Rectè etiam veteres Galli ſicut & hodie Eccleſia, ac ipſi Mathematici diem inchoant à Meridie.

Digitized by Google

Et notatum eſt quod in vero Meridie, vt in Arabia felice aliiſque partibus ſint vniones, gemmæ, aurum, cæteráque pretioſa.

Meridianus verus hoc habet, vt inde longitudinem, latitudinem, & eleuationem locorum cognoſcamus: quæ enim ciuitas magis accedit ad verum Occidens dicitur eſſe Occidentalis: quæ verò magis accedit ad verum Orientē dicitur Orientalis: Et longitudinem numeramus ab Occidente vero. Hinc Pariſii habent longitudinem 25. graduū, id eſt tot gradibus diſtant à Meridiano Canariarum: Latitudo autem ſumitur ab Æquatore. Hinc Pariſii habēt latitudinem 48. ſemis, id eſt, tot gradibus diſtant ab Æquatore, ita vt vnuſquiſque gradus contineat 30. leucas. Sed ſupputamus ac ſi nulli eſſent montes aut impedimenta, ergo quanta eſt latitudo, tanta etiam eleuatio poli.

Magni momenti eſt noſcere lineā Meridionalem, ideóque ex vmbra Meridiana colligi poteſt hoc modo: fac circulum in terra, & circa 11. fige lignum perpendiculare, vel tu ipſemet ſis in medio circuli, & nota quando vmbra tua, aut ligni,

aut fili ſit breuiſſima: tunc enim linea illa vmbræ à corpore tuo, aut ligni eſt Meridiana; & rectiſſima tibi oſtendet ipſum polum Septentrionalem. Iam diuidatur ad angulos rectos in modum crucis: hæc linea vna parte tibi oſtēdet; Orientem altera Occidentem. Et Vitruuius docuit, vt etiam Hippocrates, tum in ciuitatibus, tū in ædibus ædificādis hoc ſūmopere eſſe obſeruandum, vt ſcias à quo vento velis auerſam habere domum, aut cui vento expoſitam. Et ſimili fermè ratione omnium turrium, arborum, montium &c. dummodo acceſſus pateat, metiri potes altitudinem. Nam in eo circulo quem tibi præſcripſi videbis quando vmbra tua aut ligni &c. ſit æqualis tibi aut ligno, tunc enim vmbra turris &c. etiam eſt æqualis turri aut arbori.

CAPVT XIV.

De circulo Finitore, Tropicis, & Polaribus.

VOcatur Finitor circulus ſiue Orizon quia finit & terminat cœlum in duas medietates. Sic enim in loco aperto vndequaque mediam partem cœli hinc hemiſphærium intueberis, quod finit & terminat hic circulus, ideóque etiã res viſas à non viſis. Sunt autẽ triplicis generis ſtellæ: Aliæ ſemper videntur nobis, vt ſtellę polares Arcticæ, alię nunquam videntur nobis, vt ſtellæ polares Antarcticæ: Aliæ aliquando videntur, aliquãdo non, vt ſtellæ zodiaci & Planetę, quia nimirum ſemper cœlum voluitur, ideóque ſtellas quæ in noſtro hemiſphærio ſunt, in Zodiaco videmus: Cum verò ſunt in hemiſphærio alio à nobis, non videntur.

Nota tamen propriè loquendo nemo mortalium poteſt videre medietatem cœli, quia cùm terra ſit rotunda non poſſumus videre eam partem cœli quæ ab Horizonte vſque ad centrum intereſt.

Item triplex eſt Horizon ſicut & triplexſphæra, vnus Horizon eſt rectus illis qui habitant ſub Æquatore ſcil. in ſphæra recta: Alius Horiſon eſt inuerſus illis ſcil. qui habitare poſſent ſub polis in ſphæra inuerſa. Alius Horiſon eſt obliquus illis, nimirùm qui extra Æquatorem, & extra polos habitant in ſphæra obliqua, vt & nos habitamus.

Duo circuli Tropici ſiue Verſores ſunt ad quos quum Sol peruenit incipit redire, nec enim vnquàm extra Tropicos mouetur: vocatur vnus Tropicus Capricorni cum nimirum eſt ſolſtitium Hybernum in menſe Decembri, & nox longiſſima: Poſtea ſtatim redit & ſeſe conuertit. Alius Tropicus eſt Cancri Septentrionalis, ad quem cum in fine Iunii peruenit Sol, ſtatim ſeſe conuertit, & à nobis recedit.

Duo circuli vocantur quod propinqui ſint Polis & ſint Zodiaci Poli. In terra autem ſunt circuli polares vbi longiſſima dies eſt 24. horarum.

Inter duos Tropicos eſt zona Torrida habitabilis vt oſtendi. Inter Tropicum Cancri & polarem circulum Arcticum eſt

Zona temperata in qua fermè medium tenet Gallia & Pariſij tantùm latitudinem habent 48. graduum cum ab Æquatore ad polum ſint 90. gradus: à Tropico Capricorni ad circulum Antarcticum eſt alia Zona temperata: ſed à circlis polaribus vſque ad polos ſunt Zonæ frigidæ.

Quæſtio coſmographica inſignis eſt vtrũ poſſint habitari. Certum eſt quod ſaltẽ ad initium circuli polaris poſſit talis zona habitari, vt conſtat ex Groënlandia, Finnomarchia, Lappia, Noua, Zemla. Sed vtrum ad Polum, ſi vlterius pergamus, ſit habitatio, non tantùm homini ſed animalibus & plantis commoda, quæritur.

Reſpondeo ex Olao Magno peritiſſimo regionum Septentrionalium non videri eſſe habitabilem ob maximum frigus, ob perpetuas tenebras aut vapores.

Maximum illud frigus teſtatur, 1. quòd Sol longiſſimè abſit: 2. quòd breuiſſimo tempore & circulo cum Sol eſt in hyemalibus ſignis moueatur. 3. quia Vrſa maior & minor immediatè & perpendiculariter ita agunt, vt cum ſint frigidiſſimæ, quemadmodum in Zodiaco fons

eſt omnis luminis & caloris, ita ibi ſit fons omnis frigoris, quietis, & torporis. 4. Quia Occeanus illic eſt tartarus & inſcrutabilis profunditatis ex Olao Kexermanno in Nauticis, & cùm Solis lumen tantam profunditatem penetrare non poſſit, terribile inde naſcitur frigus tanquam à centro. Et certè cum aqua omnibus Philoſophis ſit frigidiſſima in nullo loco quàm ſub polis frigidior eſt aut eſſe debet. Quòd autem ingens illic ſit frigus tantùm ad initium zonæ frigidæ ſub circulo polari, conſtat ex ſignis quibuſdam. 1. Quia ſues & alia animalia colligunt gramina quibus tegantur. 2. Aues ſylueſtres humanam habitationem quærunt. 3. Aquatiles aues perpetuò clamant & garriunt. 4. Piſces ex illis locis ſedem mutant quemadmodum apud nos aues. Præterea certi teſtes referunt in extrema Lappia homines tantùm habitare in antris, & omninò eſſe villoſos. Tandem criſtæ gallorum decidunt frigore. Item animalia præſertim lupi ob ingens frigus cæci fiunt. Pelles animalium ſunt denſiores. Veſtes parum humidæ ferro applicatæ adhærent. Item frigore labia,

Digitized by Google

manus ſi adhibeas ferro, cute ſoluuntur à frigore claui à parietibus exiliunt. Item frigore nares pereunt, vt inter cæteros legere potes legationes Moſcouiticas, & Olaum Magnum. Tandem grana frumenti, vel illic non pullulant, vel in aliam naturam abeunt,

Signum autem perpetuæ noctis eſt aut tenebrarum quod quemadmodum apud nos aliquando hyeme tales nebulæ oriũtur aut ad 10. aut 15. paſſus vix alium videre, poſſimus: Ita illic perpetui tales ſunt vapores, mare Glaciatum, cæteraque ſimilia.

CAPVT XV.

De octodecim cœlorum motibus.

HÆc non tantum ex Mathematicis, ſed & Philoſophis aliiſque fide digniſſimis, licet non ſint omninò vulgaria referemus.

Cœlum aliter vocatur Æther non vt antiqui voluerunt ab αἴθειν, id eſt, ab vrendo: cœleſtis enim calor non exſiccat,

Digitized by Google

ſed humectat, ideóque non exurit: Sed vocatur Æther ab ἀεὶ θεῖν, id eſt, à perpetuo curſu & motu, propterea quod inter omnia corpora, cœli ſint maximè mobiles, & ratio in experientia eſt, corpora quò ſunt diuiniora, eo ſunt mobiliora: ſic enim aqua terram, aër aquã, ignis aërem velocitate motus ſuperat. Cœli autem ſunt diuiniſſima corpora, tum quia æterna ſunt ſiue incorruptibilia, tum quia res diuiniſſimę ſcil. Angeli meliores illic habitant. Non igitur mirum ſi maximè ſint mobiles.

Notandum eſt non abſolutè verum eſſe corpora nobiliora altioraque magis moueri. Hoc enim ita intelligitur. Corpora quæ ſunt diuerſi generis quò altiora ſunt eò nobiliora ſunt, vt in elementis conſtat: ſed corpora eiuſdem generis nõ ſunt nobiliora quo ſunt altiora, ſed ordinariè in medio corpus eſt nobiliſſimum, ſic in genere cœleſti Sol eſt medius inter Planetas, & tamen nobilior eſt quam Saturnus, altior citiúſque mouetur quam Saturnus ipſe; ſic cor in homine licet medium, præſtantius tamen eſt quam ipſum caput altius.

Potiſſimus cœlorum motus eſt circularis, ideóque cœlum nec eſt graue, nec eſt leue: ſi enim graue eſſet, deſcenderet: ſi leue, aſcenderet: iam verò circulariter mouetur.

Obiiciuntur, Planetæ in ſuis circulis aliquando ſunt remotiores, aliquando propinquiores terræ: ergo aſcendunt & deſcendunt: Ergo ſunt graues & leues.

Reſpondeo. Iſte motus propriè non eſt aſcenſus nec deſcenſus, quia id quod ſub Luna eſt, aſcendere, aut deſcendere dicitur. Deinde reſpondeo, cum negatur cœlum aſcendere aut deſcendere, hoc intelligendum eſt de toto cœlo, quod nec aſcendit, nec deſcendit: non tamen intelligendum eſt de quauis particula cœlorum, quia verè dicere poſſumus planetas in ſuis propriis circulis aſcendere & deſcendere. Et certè non eſt metaphorica locutio, cum dicimus, *Chriſtus Dominus* aſcendit ſuper omnes cœlos. Sicut etiam cum dicimus aquam non moueri extra ſuum locum naturalem, id eſt, aquam naturaliter non deſerere ſuum locum: hoc enim verum eſt de tota aqua non autem de quauis particula aquæ: &

enim ſi effunderetur aqua in terram certè vna aquæ gutta ſuperior eſſet, alia inferior, & vna moueretur ſurſum, alia deorſum, licet in ſuo loco eſſent, nec in proprio loco aqua ſecundum Phyſicos grauis aut leuis eſt. Ita licet planetæ aliquando ſint propinquiores terræ, aliquando remotiores, ideóque aſcendant & deſcendant, non tamen ideò ſunt graues aut leues.

In cæleſti motu hoc mirandum eſt, quòd cœlum eodem tempore moueatur & quieſcat totum: nam totum mouetur cum omnes ipſius partes moueantur: totum quieſcit cum nunquam extra ſuum locum ſit, ait Ariſtoteles. Deinde quod eodem tempore citiſſimè & tardiſſimè moueat: citiſſimè quidem ſub Æquatore tardiſſimè circa polos. Item quod ſuo motu eodē tempore omnia faciat: nam hac ipſa hora alicubi eſt æſtas, alicubi hyems, alibi ver, alibi autumnus, alicubi dies, alibi nox, &c. Præterea circularis motus ſemper eſt in principio, in medio, in fine, & nihil poteſt huic motui adiungi, nihil auferri, quemadmodum nec ipſi circulo. Item cœlum ab intelligentia

mouetur, vel vt rectius Plato & Ariſto-
teles docuerunt à propria anima, quæ
quidem non ſit vegetans non ſentiens,
non rationalis, ſed anima mouens tan-
tum, vt ſupra indicaui. Denique cœleſtis
motus perpetuò eſt æqualis, & nunquam
defatigantur cœli.

Motus autem celeberrimi iſti ſunt.

1. Eſt primi mobilis ab Oriente in Oc-
cidentem ſpatio 24. horarum.

Alius eſt 9. cœli ſcil. 3600. & vt alii
docuerunt pluribus adhuc, quæ diſſenſio
ſpectat ad Mathematicos alios. Hoc
tamen certum eſt eo tempore omnia ſi-
milia futura, ſicut enim cum Sol poſt an-
num ad eundem locum redit, ita poſt
hunc magnum annum tot annorũ omnia
futura ſunt ſimilia, vt in lib. de cœl. docui.

3. Eſt motus acceſſus & receſſus in 8.
ſphæra ſeptem millibus annorum.

4. Eſt Saturni 30. annis.

5. Eſt Iouis annis 12.

6. Eſt Martis annis 2.

7. 8. & 9. ſunt Solis, Veneris & Mercurii
vno ſcil. anno,

10. Eſt Lunæ vno ſcil. menſe.

11. Eſt cuiuſque Planetæ quo voluitur in
cœlo inſtar globi.

12. Eſt motus ſecundum Pythagoram Cometarum cæleſtium (docent enim Phyſici quoſdam cometas eſſe cœleſtes) à ſuperiore loco cœli in inferiorem, Deinde iterum in ſuperiorem.
13. Narrant aliquando Solis curſum fuiſſe non in Zodiaco, ſed in via lactea,
14. 15. & 16. motus Solis mutatus cum Ioſue prognauit cùm Sol retroceſſit: ſub Ezechia Rege cùm Sol mutauit curſum: Chriſto mortuo propter eclipſin.
17. Refert D. Auguſt. ſub Ogyge Veneris ſtellam colorem, magnitudinem, figuram, & curſum mutaſſe.
18. Putauere apud Melancthonẽ & alios cœlos paulatim terræ appropinquare.

Sed notandum eſt cœlum primum Mobile, vno tantum motu moueri ab Oriente ad Occidentem, inferiores autem etiam mouentur ab Occidente in Orientem qui motus eſt corruptionis, ideóque quò corpora ſunt propinquiora rebus ſublunaribus, eò citius mouentur ab occaſu in ortum vt Luna vno menſe: quo diſtant magis, eo tardius mouentur, vt Saturnus Planetarum ſummus.

CAPVT XVI.

De climatibus ſiue ſcalis dierum.

CLima eſt ſpatium terræ ab ortu ad occaſum inter duos parallelos, id eſt, circulos æquè diſtantes ab Æquatore, in quo ſpatio longiſſima dies mediam horam ſuperat diem longiſſimam alterius climatis, id eſt, ſub Æquatore longiſſima dies eſt 12. horarum. Iam ab Æquatore ſiue verſùs Polum Arcticum, ſiue Antarcticum procedas, fiunt productiores dies; ideóque vbi dies eſt longiſſ. 12. horarum cum dimidia eſt primum clima. Vbi dies longiſſima eſt 13. horarum eſt 2. clima. Vbi 13. cum dimidia eſt 3. clima, & ſic vlterius procedendo vnum quodque clima habet aliquam latitudinem, id eſt, ſpatium quod ab Æquatore ad aliquem vſque circulum parallelum, id eſt, vndiquaque æqualiter diſtantem includitur.

Antiqui tantuum poſuerunt 7. climata quia terram verſus polum non vlterius

eſſe habitabilem crediderunt. Hodie 8. clima adiunxerunt. Sed ita dicendum eſt eſſe 27. climata. ſcil. vſque ad circulum Arcticum ſi progrediatur illic longiſſima dies 24. horarum: vlterius verò aliud clima eſt quod vno die ſuperat longiſſimam diem præcedentis climatis: vlterius verò aliud clima eſt quod longiſſimam diem ſeptimana aut ſeptimanis ſuperat: Poſtremum verò clima ſub polo quod menſe menſibuſque ſex longiſſimam diem ſuperat.

Quia verò 8. climata omnibus notiſſima eſſe debent, ideò ea recenſebimus particulatim.

Primum ergo clima vocatur Dia-Meroës ab vrbe, & Inſula Æthiopica per quam tranſit, id eſt, Meroë, eſt in medio huius climatis. Sub hoc etiam eſt Nilus in zona torrida, mare rubrum, Arabia, Aethiopia, vtraque India ſinerunt regio. Meroë hoc habet quod illic leones ſint maximi ſed, in maximis æſtibus: inde à magnis culicibus expelluntur.

2. Clima eſt Didsyrones quæ ciuitas Ægypti. Ægypt⁹ autē ſola balſami ferax eſt. Nec enim balſamum, quod ex nouo orbe

ad nos affertur cum Aegyptiaco balſamo conferri poteſt. Eſt autem Syrene puteus duplici quaſi miraculo admirabilis, & hodie adhuc extat. ſcil. quod puteus vnà cum Nilo creſcente creſcat, itaut inde certiſſimò ſciri poſſit quale quantumque ſit futurum Nili incrementum: Nam ex incremento Nili, annonæ futura eſt aut abundantia, aut caritas. Deinde quod in ſolſtitio æſtiuo nulla penitùs ſit vmbra huius putei licet altiſſimi, quia immediatè eſt ſub Tropico, ideóque in meridie Sol in ſolſtitio perpendiculariter radios iacit in profundiſſimum, ideóque nulla eſt vmbra. Sed & hoc Nilus & Aegyptus admirabile habent, quod Nilo inundante peſtilentia fugetur. Quod maxima monſtra nutriat, & plerumque amphibia, id eſt, quæ partim in terra, partim in aqua viuant. Et quod ordinariè mulieres Aegyptiæ tres vnà pariant. Et Ariſtoteles refert apud Strabonem viſam eſſe mulierem quæ 7. vnà pepererit: & quod contra leges Medicorum octimeſtris partus illic ſit vitalis.

3. Clima eſt Dia Alexandria quę vrbs eſt Africæ, & hoc admirandam, quod ſit in Paludibus

paludibus tota tamen habeat auram ſaluberrimam propter aſcenſum fluuii ſecum aquas lacuſtres anhelantis. Hic etiam eſt quædam pars maris Mediterranei, quod vnum fuit aliquando cum rubro mari, ſi Eratoſtheni credimus: Nam plerique arbitrantur mare Mediterraneū terras perrupiſſe & feciſſe fretum Gaditanum; ideóque Iſthmum ſiue ſpatium 30. leucarum quod inter mare rubrum & mare Mediterraneum eſt, fuiſſe exſiccatum.

4. Clima eſt per Rhodum inſulam. Hoc admirabile fuit quod è mari emerſerit inſula: & quo die capta fuit à Turcis Rhodus, totâ Europâ auditum fuerit tonitru ſubterraneum. Non longè, mare Mediterraneum profundiſſimum eſt, quod Poſſidonius apud Strab. tradidit eſſe altitud. mille vlnarum. In eodem mari medio loco inter Cretam & Cyrene flammæ emicuerunt per dies quatuor, itaut arderet mare & paulatim velut é maſſis compoſita quædam inſula 12. ſtadiorum fuit: & huc primi omniū Rhodii acceſſerunt, & ibi Templum Neptuno Aſphalio ſtatuerunt.

5. Clima eſt per Romam hoc vnoquæ admirabilis fuit, quę cum potentiſſima fuit quinquagies centena millia hominum habuerit vt ex admirandis Lipſii conſtat. Id hinc apparet quam parui ſint Pariſii, & Conſtantinopolis. Illi enim regnante Henrico III. Valeſio tantum habuerunt hamillia hominum : Conſtantinopolis ſeptingenra hominum millia, vt apud eundem eſt.

Sed hodie Moſcouiæ ciuitas Princeps MoskeuaMoskerua quadraginta vnum& quinginta ædificiorũ millia cõplectitur ſi poſt cæteros Legato Imperatorio Alberto, & Geographorum præſtantiſſimo Cluuerio credimus. M. Paulus Venetus refert de Kuinſay principe vrbe Sinarum ſiue China in circuitu habere 40. leucas. Sed non ita incredibile eſt, ſi ſciamus eſſe lacum intra mœnia circuitu 14. leucarum. Præterea nouiſſe oportet inter plateas ſæpe integros campos interiacere, vt hic videmus inter ſuburbia tot hortos & agros intereſſe.

6. Clima eſt per Boryſthenen qui fluuius eſt 4. ab Iſtro ſeu Danubio de quo alibi. Et in 6. climate etiam eſt hæc Gallia Cel-

rica hoc vno ſpectabilis quod cum antiqui terram vniuerſam in 4. partes diuiſerint quartam tradiderint Celticam ſiue Occidẽtalem dixerint eſſe Celticam: ſed continebat lingua Celtica, & Galliam, & Hiſpanias & Germanias, Illyricum & Inſulas omnes Britannicas.

7. Eſt per mõtes Rhiphęos ſiue per mõtes Hyperboreos qui aliter hodiè Moſcouitis vocantur *Zembla Boias*, id eſt, cingulum ſaxeum mundi. Hi ergo montes in Principis Moſcouitici regionum finibus ſunt, Authore Sigiſmundo. Sunt tam alti, vt præfectus Baſilii magni Moſcouitarum ducis Patrum memoria vocatus *Curboski*. 17. dies aſcendendo conſumpſerit nec tamen ad verticem peruenire potuerit ob ingens frigus, glaciem, cæteraque incommoda. Verticem autem vocant *Stolt*, id eſt, columnam: & quamuis ad mare vſque pergant, quia tamen glaciale mare eſt, ideò neſcitur quinam homines illic habitent, habitare tamen iam noſcitur, & antiqui crediderunt etiã, vocaruntque gentes Hyperboreas, & iam *Engroneland*, vocari dicunt, quamuis autem multi dubitarint vtrum ſint Hyper-

borei hoc argumento, quod nulli ſint Hypernotii, tamen nullum eſt argumentum: Reſpondit enim Strabo in Æthiopia, & locis inferioribus non ſpirare auſtrum. Sunt igitur Æthiopes Hypernotii, id eſt, ſupra auſtrum, ſicut iſti ſupra Aquilonem: Ex frigidiſſimis enim & altiſſimis montibus venti Aquilonares flant; ideóque qui ſunt poſt hos montes Hyperborei ſunt: Nec ventis iſtis frigidis, quamuis propinqui ſint polo, ſubiecti. Notandum eſt aliquos putaſſe hic loci eſſe gentem iuſtiſſimam, ſedemque vt Poëtæ Elyſiam, quamuis apud Strabonem ad Hiſpanias dicatur Homerus Elyſium campum conſtituiſſe; ideóque Inſulæ Canariæ olim vocatæ Inſulæ fortunatę, ſiue Inſulæ Beatorum.

8. Hodie ducunt Vvittebergam: hæc vrbs hodie ab aliis celebratur propter profeſſionem M. Lutheri; hoc tantùm de Germanis dicendum, quod habeant linguam omninò diuerſiſſimam ab aliis, vt potè cuius omnia primitiua ſint monoſyllaba. Scaliger de moribus gentium hoc refert, Germani ſunt veri amici, veri inimici, &c.

Nonum, per Roſtochium.

10. Per Hyberniam & quædam loca Moſcouitica. Hybernia hoc commendabilis eſt, quòd nullum venenatum animal illic proueniat, & ibi viuere non poſſit illatum, quod videatur patria plurimorum, maximorumque & Doctorum, & Sanctorum. Moſcouia verò licet Chriſtiana ſit, pleràque tamen alia habet quã aut Eccleſia Græca, aut Latina, quod ex vno ſigno crucis, quod à dextra ad ſiniſtram format colligi poteſt.

11. Eſt *Per Bohus* caſtrum Nortuegiæ. Nortuegia autem præterquàm quòd ſit patria Northmanorum, hoc etiam commendabilis eſt quòd in vniuerſo orbe nullibi altius ſit mare. Nam vbi altiſſimum eſt, duo milliaria & ſemis Germanica habet, id eſt, 5. leucas Gallicas, vt ex rebus Nauticis Kekermanni Philoſophi, etiam illorum locorum peritiſſimi conſtat, & ex bolide exploratum eſt.

12. Per Gutiam.

13. Eſt per Bergos Nortuegiæ oppidum & Emporium.

14. Eſt per Viburgium oppidum Finniæ. Habet autem Finnia ex iis Europ eis lin-

Digitized by Google

gnis propriam. 15. Per Arotiam Suediæ.

Cætera verò climata ſunt per innominata Nortuegiæ, Suediæ, Ruſciæ loca, & Oceanum qui potiſſimum hoc notabilis eſt, quòd in eo ſit piſcis ſeu animal magnitudine bouis, quod animal vocatur mors dentibus ſuperioribus in longum prominentibus, & gregatim dormit extra litora, vel in montibus, vel glacie, ita tamen vt aliquot ex ipſis excubias habeat, & hoſtes mugitu excitet, vt videbis in nauigatione per mare glaciale.

Totidem etiam ſunt ex parte alia Æquatoris verſus polum Antarcticum climata, quæ vocari poſſunt Anticlimata, quaſi tu dicas oppoſitas dierum ſcalas, & vocantur eodem nomine quo climata noſtra, niſi quod pręponatur vox anti v. g. 1. Clima eſt ἀντὶ διὰ Μερόης. 2. cont. per Syenē &c. Hæc climata etiam hoc modo diſtinguntur, quod tria poſtrema climata, id eſt 25. 26. 27. vmbras habeat circulares v. g. quod illi qui illic habitant ſuas vmbras habeant per circulum: illi verò qui habitant in mediis climatibus tantum habeant duplicem vmbram, ſcil. Illi qui ſunt in noſtra temperata in meridie habent

vmbram verſus Septentrionem. Qui verò in media temperata oppoſita ſunt, illi in meridie, habent vmbram verſus auſtrum. Illi verò qui ſunt in zona torrida in meridie diuerſis tamen temporibus habent vmbram verſus auſtrum, cum Sol eſt in ſignis Septentrionalibus, habent verò vmbram verſus Septentrionē cum Sol eſt in ſignis auſtralibus. Cùm verò in meridie, & in Æquinoctio Sol perpendicularis eſt, nullam penitus habent vmbram.

CAPVT XVII.

De Ventis.

NOn hic ventos tractamus vt Phyſici nec vt Nautæ tantum ſed coſmographicè ad conſtitutionem præſertim cœleſtem.

Ventus ex vapore aqueo aut exhalatione fit, aut calore præſertim Solis rarefaciente aquam, aut terreſtria & educentur ex terra aut ex aqua, itaut hæc exhalatio aut vapor in mediam aëris

regionem aſcendat, & deinde à frigore aut nubibus mediæ regionis depellatur, & ſic aërem moueat, vt pluribus Phyſici docent.

Venti orbis duplices ſunt. Alii ſunt ſtati, alii non ſtati. Stati ſunt qui ſtatis temporibus certóque dierum numero flant. Sic in mari Indico à menſe Iunio ad Octobrem ventus Orientalis certiſſimò flat. Sic in noſtris Regionibus ſunt venti Et eſiæ ſiue Annuales, qui durantibus caniculis præſertim à Septentrione ſingulis annis flant. Et cauſa huius eſt quod cum maximi ſint æſtus ob quadruplicem cauſam, primò propter propinquitatem dolis. 2. propter ſignum Leonis quod eſt igneum, vt ſupra docui. 3. propter caniculas quæ ſunt ſtellę calidæ. 4. propter moram Solis in noſtris regionibus: ideò fundit niues in montibus Septentrionalibus præſertim Hyperboreis, & inde venti flant frigidi reſoluti ex niuibus in quibus plurimum eſt & aquæ & aëris & terreſtris exhalationis: tales ſunt venti ſtati qui in Luſitania flant ex America ex quibus Chriſtophorus Columbus cetiſſimum argumentum ſumpſit adhuc eſſe alium

mundum, vnde tales venti ſpirent.

Venti non ſtati vel ſunt ſubterranei qui aliquando vel ex fundo maris, aut fluuiorum, aut lacuum, vt in lacu Geneuenſi efflant: aut ſunt venti nubei, qui ex ipſis nubibus ſubitò ſæpè erumpunt, & ſunt vel turbines, vel Typhones, vel Preſteres. Vt enim aliquando ex nubibus fulmina decidunt, & incendii diluuium, vt ſub Phaëthonte rege Æthiopum accidit: & vt aliquando fiunt cataractæ nubium, id eſt, ſubitum aquarùm diluuium, vt ante quatuor annos feſtis Pentecoſtes in Pariſino agro, & alibi accidit: Ita aliquando ſubiti ex nubibus venti delabuntur vnáque arbores eradicant. Vel ſunt venti Regionales: ſic in Gallia Narbonenſi habemus ventum Circium. Huic vento quantum debeat Gallia illa & vicina, Prouerbium dictat.

Auenio ventoſa, ſine vento venenoſa.

Et tamen huic incolæ vento domos quaſſanti gratias agunt tanquam ſalutis auctori. Cum in Gallia moraretur D. Auguſt. Circio vento Gallico templum ædificauit. Strabo refert quod in campo lapideo non longè Maſſiliâ lapides omni-

nò commoueat & turbinatim voluat: vel Iſti venti non ſtati, ſunt omninò generales.

Sed quotnam tales venti.

Nautæ reſpondent eſſe 32. Philoſophi dicunt eſſe tantum quatuor Cardinales ſcil. ab ortu, ab occaſu, à Meridie & à Septentrione. Medici dicunt potiſſimùm tantum eſſe duos ſcil. Auſtrum ſeu Meridionalem & Boream ſiue Septentrionalem, ſiue Aquilonem. Et rationem afferunt, quod ventus Septentrionalis ſit frigidus & ſiccus : Meridionalis autem calidus & humidus. Iam vero alii venti qui ab Oriente aut Occidente flant, vel ſunt calidi & humidi, prout ex latere propinquiore ipſi Meridiei flant. Vel ſunt frigidi & ſicci, prout flant & ſunt propinquiores ipſi Septentrioni, v.g. ventus Orientalis aut Occidentalis, ſi eſt propinquior Septentrioni quam Meridiei, eſt frigidus & ſiccus : Si vero flet ex parte mundi viciniore Meridiei, eſt calidus & humidus.

Sed Coſmographi & Aſtronomi rectiſſimè 12. ventos generales eſſe docuerunt, ſcil. tres ab ortu totidem ab occaſu,

tres à Meridie totidem à Septentrione. Ratio eſt Coſmographica, Sol habet triplicem ortum, ſcilicet Vernum, Autumnalemque, Æſtiuum & Hybernum. Æſtiuus ortus eſt, cum eſt in Tropico Cancri. Hybernus ortus eſt, cum eſt in Tropico Capricorni: Autumnalis & Vernus ortus eſt, cum eſt in Æquatore, ſiue in Libra & Ariete. Ergo, cum ſint 12. ſigna, ſunt etiam 12 venti. Etenim tria ſunt ſigna circa Tropicum Cancri Septentrionalia: Tria circunſtant Tropicum Capricorni; tria ſunt circa Æquatorem in Oriente, & tria circa Æquatorem in Occidente: Cum igitur 12. ſint ſigna, merito 12. ſunt venti, qui ab iſtis ſignis dependent.

Quemadmodum autem nuper dixi eſſe ſigna, alia calida, ſeu ignea, alia aërea &c. Ita hic notandum eſt ſigna ignea eadem vocari Orientalia, & facere ventos Orientales ordinarié cum Sol eſt in illis ſignis: ideóque tales venti habent proprietatem calefaciendi & exſiccandi. Item tria ſunt ſigna aërea, ſcil. quæ ſunt ſigna Occidentalia & habent proprietatem calefaciendi & humectandi, venti,

que Occidentales in talibus ſignis oriuntur. Signa autem terreſtria faciunt ventos Meridionales, & habent ordinariè proprietatem, vt frigefaciant & exſiccent corpora. Tria pariter ſigna aquea faciunt ventos Septentrionales, propterea quòd in corporibus excitent humores phlegmaticos.

Venti ordinariè ſic intelligi poſſunt. In terra ſumatur linea Meridionalis, vt ſupra docui. Diuidatur ad angulos rectos, ſcil. ad Orientem & Occidentem: & ſic deinceps. In medio erigatur ſtilus cum filo aut linteo; inde cognoſces ex qua parte mundi ventus ſpiret.

Venti cum Sole oriuntur qui vel in contrarios vel in maxime collaterales mutantur. Item venti qui cum Sole oriuntur Meridie inualeſcunt & veſpere deſinunt: ſicut qui oriuntur Sole Occidente, media nocte inualeſcunt & ſub Ortum deſinunt.

Venti autem potius vehementiores ſunt ab vtroque polo quàm ab Oriente aut Occidente, quia Solis via conſumit vapores ab Oriente in Occidentem, aut cum relinquit & quaſi reiicit in pluuias mutat: ſed ab vtroque polo multos exci-

iat vapores quos tamen conſumere non poteſt.

CAPVT XVIII.

De locis maritimis, paluſtribus, aliiſque, & quid in Homine efficiant.

COſmographus & varietatem locorum deſcribit, & quid hæc diuerſitas præſertim Homini conducat.

Mare omne calidum eſt. Hinc loca Meridionalia mari expoſita aduſta ſunt & arenoſa: & vina in talibus locis quæ creſcunt, calidiſſima & ſicciſſima ſunt; ideóque potiùs exſiccant quàm ſedant ſitim; qualia ſũt vina in Inſulis Cypro, Chio &c. Loca expoſita mari in climatibus temperatis ſunt calida & humida, & calor non omne poteſt aut concoquere, aut diſſipare humidum; ideò talibus in locis frequens eſt putrefactio, peſtis, frequens exhalatio, fulgura, fulmina &c. Loca autem mari expoſita in frigidis locis habent aërem hominibus ſanum: tamen craſſior eſt aër,

licet non ſit peſtifer. Homines maritimis in locis, & præſertim inſulis, magis ſunt peruicaces, crudeles, ſuperbi & videntur vna cum ſuo Oceano attollere mentis fluctus.

Montes humiles non multum naturam loci variant. Si verò ſint altiores ſemper ſunt nimboſi, ſi verò ſint loca habitata ad iſtos montes, itaut mons ſpectet Septentrionem, locus verò habitatus ſpectet Meridiem, locus eſt calidus propter ſolem Meridianum: Ibidem ſunt vina generoſa: Quòd ſi montes ſint altiores illic vina non creſcunt: ſed ex niuibus loca fiunt frigida aut humectata, vnde & pecoribus apta: ſi montes ſpectent ad Meridiem, & locus ſit ad Aquilonem frigidus, talis eſt Et ſatis accommodus habitationi, niſi aliunde impediatur: Si montes ſint ad Orientem, & locus ſpectet Occidentem, erit locus frigidus & humidus, non aptus habitationi. Si verò montes ſint ad Occidentem, & locus habitabilis ſpectet Orientem, ſaluberrimus eſt. Si verò locus ſit inter montes ex reſolutione niuis frigidus erit, & hinc ſpirabunt venti. Lo-

cus verò habitatus in profunda valle propter, exhalationes terreſtres corpus inflat, maliquc & liuidi coloris homines efficit. Et aër nec puru eſt nec ſiccus nec ſanus, quia non poteſt perflari: locus autem altus mediocriter non ex montibus conſtans, ſaluberrimus eſt nihilque qualitatis extraneæ contrahit. Iam verò qui naſcuntur in locis lapidoſis, planis, frigidis & ſiccis, fortiſſimi ſunt, oſſei & quaſi ſaxei, proceri, bellicoſi, ſcilicet proportionati ſunt ſuis locis. Hi verò qui in montibus altis habitant frequenter, habent corpora præſertim verò colla & guttura ſtrumoſa nodoſa, propter aquam quæ talē in ipſis generat naturam phlegmaticam. Peſſima enim omnium eſt aqua aut nimboſa, aut ex glacie, vt Hippocrates docuit. Et certè licet videre Sabaudos Valeſianos, collo & gutture ſtrumoſos. Et hic notandum eſt, horum habitatio eſt ad Occidentem; illic potiùs feneſtræ ad Orientem efficiendæ ſunt, quia Sol Occidens ab eis recedit ſubitò, nec aërem exhalationibus purgat: præterea venti nocturni illic ſpirant, quia Sol occidens impuritatem aëris & ne-

bularum propellit ad Horizontem Hemiſphærii; quod relinquit: Qui verò habitant loca ſpectántia meridiem, habent aërem turbulentum, calidum & humidum, & peſtilentem: Et hi potiùs veſtitu vtuntur ampliore, ne ventus ad medullas penetret. E contra verò obſtruendę ſunt feneſtræ ex parte meridiei. Qui verò habent loca ſpectãtia Aquilonem, ſunt homines duri, apti ad generationem. Et illi minimè à medicinis facilè laxantur, & difficiles habent feminæ partus; & è contrario res æſtimanda eſt de illis qui Meridiem ſpectant. Omnes autem iſti montium incolæ propter frequentiores ventos ſunt peruicaces, ſicut & illi qui in planis habitant, & ventis ſunt expoſiti.

Quod Coſmographi notârunt de hominibus, idem notant ſimile in plantis & animalibus. Nam vrſi & lepores pro varietate locorum præſertim frigidorum ſunt albi coloris: Cum in aliis locis alterius ſint coloris. Vbi etiam notandum, ſi in climate calido frigus magnum fiat, & inde ibique aliquid naſcatur frigidius erit quam ſi in loco frigido naſceretur: & idem dicendum eſt de locis frigidis

ratione

ratione contraria. Hinc notandum eſt, quare animalia in locis calidiſſimis magis veſcuntur cornuta labiis promiſſis laxo naſo. Extrema enim illorum propter caliditatem contorquentur. Non tamen eadem ſemper eſt natura cæterorum animalium & hominum qui iiſdem in locis naſcuntur, vt diſputauit Cæſar Scaliger contra Cardanum. Etenim nulli ſunt in Anglia lupi & tamen ipſi maximè lupinis ſunt moribus. Multis in Alpibus ſunt homines ſimpliciſſimi & humani, & tamen illic immanes lupi & vrſi naſcuntur.

Loca paludibus expoſita peſtilentia ſunt, præſertim ſi fundus non ſit argilloſus, aut lapideus nec perpurgetur aquis influentibus.

Terra in medio ſiluarum habitata vel ad ſiluas, non ita eſt ſana propter ſpiſſitudinem aëris, & propter vapores, vbi enim multa ſilua illic plurimæ ſint aquæ fumi, neceſſe eſt. Nocent autem habitationi præſertim nux & quercus aliæque arbores quæ aut altitudine, aut amaritudine nocere poſſunt.

Conie&#x1D;ctura autem facienda eſt exani-

bularum propellit ad Horizontem Hemiſphærii; quod relinquit: Qui verò habitant loca ſpectántia meridiem, habent aërem turbulentum, calidum & humidum, & peſtilentem: Et hi potiùs veſtitu vtuntur ampliore, ne ventus ad medullas penetret. E contra verò obſtruendę ſunt feneſtræ ex parte meridiei. Qui verò habent loca ſpectãtia Aquilonem, ſunt homines duri, apti ad generationem. Et illi minimè à medicinis facilè laxantur, & difficiles habent feminæ partus; & è contrario res æſtimanda eſt de illis qui Meridiem ſpectant. Omnes autem iſti montium incolæ propter frequentiores ventos ſunt peruicaces; ſicut & illi qui in planis habitant, & ventis ſunt expoſiti.

Quod Coſmographi notârunt de hominibus, idem notant ſimile in plantis & animalibus. Nam vrſi & lepores pro varietate locorum præſertim frigidorum ſunt albi coloris: Cum in aliis locis alterius ſint coloris. Vbi etiam notandum, ſi in climate calido frigus magnum fiat, & inde ibique aliquid naſcatur frigidius erit quam ſi in loco frigido naſceretur: & idem dicendum eſt de locis frigidis

ratione

ratione contraria. Hinc notandum eſt, quare animalia in locis calidiſſimis magis veſcuntur cornuta labiis promiſſis laxo naſo. Extrema enim illorum propter caliditatem contorquentur. Non tamen eadem ſemper eſt natura cæterorum animalium & hominum qui iiſdem in locis naſcuntur, vt diſputauit Cæſar Scaliger contra Cardanum. Etenim nulli ſunt in Anglia lupi & tamen ipſi maximè lupinis ſunt moribus. Multis in Alpibus ſunt homines ſimpliciſſimi & humani, & tamen illic immanes lupi & vrſi naſcuntur.

Loca paludibus expoſita peſtilentia ſunt, præſertim ſi fundus non ſit argilloſus, aut lapideus nec perpurgetur aquis influentibus.

Terra in medio ſiluarum habitata vel ad ſiluas, non ita eſt ſana propter ſpiſſitudinem aëris, & propter vapores, vbi enim multa ſilua illic plurimæ ſint aquę fumi, neceſſe eſt. Nocent autem habitationi præſertim nux & quercus aliæque arbores quæ aut altitudine, aut amaritudine nocere poſſunt.

Coniectura autem facienda eſt ex ani-

malibus quæ in locis naſcuntur, præſertim verò ſi habeant oues &c. Hepar pallidum, liuidum, locus habitationi non eſt idoneus; ſicut vbi non eſt aqua fluens ſed ſtagnans, facilè corpora putreſcunt, quia vnà cum vaporibus matutinis paruula animalcula in corpora noſtra deferuntur.

Et ſumma eſt, vbi eſt locus æquabilis, illic eſt & temperies corporum æqualis, vnàque mores molles, vt in Aſiaticis populis: Vbi verò loca ſunt inconſtantia, iam frigida, iam callida &c. illic homines duriores & ad bellum aptiores. Sicut ordinariè incolæ montium potius ſunt bellicoſi, qui autem loca plana inhabitant, aptiores ſunt pacis & Muſarum artibus.

CAPVT XIX.

De Aquis, præſertim de mari & fluuiis.

QVæſtio eſt, plus ne ſit aquæ quam terræ. Reſpondeo, ſi nulla ſit aqua in centro terræ, ſiue ſi nullus ſit tartarus in quo ſit abyſſus aquarum, certum eſt,

multò plus eſſe terræ quam aquæ. Probatur. vbi aqua altiſſima eſt, tantum eſt quinque leucarum, & hoc in pauciſſimis Nortuegiæ & Sueciæ locis. In mari Mediterraneo vix vno atque altero loco eſt mille cubitorum. Vbi verò ordinaria eſt altitudo, vix eſt 80. paſſuum cum tamen diameter terræ ſit quingentorum milliarium ſecundum aliquos. Sed credibile eſt aquam eſſe in centro, cum Deus fundauerit terram ſuper aquas. Nec obiectio valet. Ergo aqua erit grauior quam terra. Nam etiam ſunt multæ aquæ aliæ in viſceribus terræ, nec tamen ſequitur eam terram quæ ſupereminet eſſe leuiorem ipſa terrâ.

Ideóque nemo ſcire poteſt quantum ſit aquæ reſpectu terræ.

Quæritur an altius ſit mare an terra: Nam ſi mare altius eſt, quare non exundat in terram: ſi verò non eſt altius, quomodo fontes ex mari in altiſſimos montes influunt, atque inde effluunt? Regula enim eſt aqua non altius aſcendit ſuo loco natali.

Reſpondeo eſſe æqualis altitudinis in aliquibus locis terram & aquam: alicubi

mare eſſe depreſſius, vt reſpectu montiũ: Alicubi mare eſſe medium: Nam mare rubrum altius eſt quàm Iſthmus: Iſthmus autem altior eſt quam Mediterraneum, alicubi vero mare altius quàm terra eſt, itaut in Hollandia debeat aggeribus coërceri ne vniuerſam inundet, vt quondam fermè vniuerſam Zelandiam inundauit. Fontes autem plurimi ex mari in altiſſimos ſurgunt montes: vel propter æſtum & fluctus per occultos terræ meatus impellentes: vel propter fluuios & torrentes qui immani vi in mare præcipitantur; & ſic mare impellunt per occultos terræ ductus. Tandem licet terra ſit altior, tamen quia bibula eſt & ſicca, ideò attrahit humorem: ſicut ſi quis panem intingat in aquam aqua aſcendit.

Hinc etiam fit vt aliquando mare de loco ſuo decedat, quod præter cætera notandum eſt in Gallia. Olim enim vniuerſus ille tractus à Lucione, *Luçon*, ad Rupellam 15. circiter leucarum communium mari tectus fuit. Iam vero hìc culta regio eſt.

Hinc verò etiam in Occidentali parte Inſulæ Hiſpaniolę mons eſt altiſſimus

multis cauus ſpecubus, in quibus tanto aquarum fragore præcipitantur fluuii: vt ad quinque milliaria exaudiantur, ait Scalig. ſicut priùs exemplum aſſeruit Papyrius Maſſonus in fluuiis Galliæ.

Hinc etiam ſequitur nulla propriè dicta flumina poſſe diminui, id eſt, ea aqua fluminum quæ à mari ſuppeditatur fluminibus nunquam exhauritur: ſed ea ſolummodo quæ niuium aut imbrium acceſſione fit; illa aliquando deficit, vt & in Sequana videmus. Qui verò deficiunt torrentes, illi nihil habent a mari. Hinc frequentiſſimi in Æthiopia torrentes à pluuiis ſolis generantur: nde ex eorum montibus Æthiopum nullum flumen in mare rubrum ſe exonerat, ſed à terra abſorbentur omnes. Hinc notandum etiam eſt in Gallia anno 1539. puteos multos, & flumina multa exaruiſſe.

Propter mare autem hoc maximè admirabile fermè nulli notatum; notandum eſt propter Gallos. Clodio Pharamundi filius, cum iuxta mare in æſtu diei cum vxore ſederet, beſtia marina tauro ſimilis vxorem ad lauandum pergentem appetiit, ſtatimque concipiens filium pe-

perit qui à mari & miraculoſa facie Meroueus, id eſt, maris piſcis dictus eſt. Mer enim mare eſt, Fech, pecus veteri linguâ Gallorum: hoc notaui ex Abbate Vſpergenſi in Chronicis, & per tranſennam liceat hoc adiicere, quod Reges Gallorum poſtremæ ſtirpis vocemus *Sire* : Præter alias acceptiones, ſi Scaligero credimus Cyrus ſignificat canem: quod ex Platone præfecti populi velut canes arceant lupos &c. Et certè non mirandum eſt, Burgundi enim ſic vocantur quaſi canes vrbium cuſtodiendarum, vnde *Bourg*, oppidum eſt *Hourd* canis. Et certe Iornandes de rebus Francicis & Geticis Hunnos canes eſſe dictos. Danos vero Gallos gallinaceos, quandoquidem *Han* gallus eſt veteri Francicâ linguâ. Vnde pulcra iſta Francorum, Gallorum, Hunnorum Burgundorum, vna cum Delphinis Galliæ conuenientia. Hæc hactenus.

Inter aquas multę ſunt Anauræ, id eſt, ex quibus nulla ſurgit aura, vt nimirũ eſt Nilus, vt eſt Anaurus fluuius ſub Parrhaſio monte. Cauſa eſt vel quod nimis craſſa ſit aqua, vel nimis tenuis, vel nimis longo curſu exercita.

Quia omnes libri pleni ſunt miraculis aquarum, & quia externa omnes admirantur, domeſtica negligunt: ideo malo aquas Gallicas à nullo in hunc ordinem cógeſtas recenſere dummodo aliquid notabile præ ſe ferant: Nec enim poſſumus afferre fluuium qui longitudine Nilum, aut Nigrin: aut Danubium poſſit æquare, nec aliquem qui multitudine oſtiorum poſſit æquare *Volgam* qui 72. oſtiis influit in mare. Nec vllum habemus qui latitudine multarum leucarum poſſit æquare fluuium Amazonum *Maragnon.*

Sequana parallelus Rheno eſt, & æſtu maris Rothomagum vſque in altum altitudine haſtę attollitur.

Araris pigerrimus, in quam partem fluat neſcitur.

Rhodanus rapidiſſimus fermè Europæ fluuius.

Druentia olim nauigabilis non hodie.

Ligeris 150. leucas nauigabilis, fermè in duas ęquales partes Galliam diuidit, metuendus ob mobiles arenæ monticulos.

Bibara tingendæ aptiſſimus eſt purpuræ.

Sorgia ex altiſſimis montibus ſcaturit magnitudine corporis humani.

Vidula in campis Catalonicis torrens effectus occiſis Hunnorum centum 80. millibus à Francis, corpora occiſorum trahebat.

Lertius vigeſies quater ſiccatur & refluit.

Arax, Rhodanum retrofluere cogit: tanto impetu in eum feitur.

Lacus Geneuenſis, aliàs Lemanus in Galliis eſt, & nomen dedit Germanis: inde enim Alemani vocantur.

Lacus in monte apud Aruernos eſt, nullo fundo in quem nihil influit, ſi tamen aliquid iniicias, tonitrua exaudiuntur, & fulgura videntur.

Oceanus Gallicus hoc ſingulare habet vt morituri recedente fluxu moriantur.

Vocatur mare Mediterraneum angulus Gallicus, vbi ſeſe effundit Rhodanus.

Ratione autem, aquarum Gallicarum miracula naturę nondum memorata, recenſenda ſunt.

Gallia ab Hebræo gala, id eſt, pluuia dicitur, *r.* Quod ab ipſo diluuio cum gens antiquiſſima ſit, vocentur Galli qua-

ſi impluuiati, ait Ortelius. Deinde quod aquę mortuæ aliàs, foſſæ Marianæ ſint in Gallia, apud Raphaelem Volaterranum. Item Aquæ Auguſtæ : item Aquitanica ab aquis: item Armorica à mari dicitur. Item tot ſunt vrbes, ab aquis nominatæ, vt Aquæ Sextiæ, Tarbellicæ, Fuxenſes: & vix vlla Regio Europæa eſt in qua tot ſint aquæ.

In Oceano Britannico auis eſt ſpecie anatis & roſtro, dependet ex reliquiis putridis naufragiorum quouſque abſoluatur, & ſibi quærit piſces vnde alatur. Vaſcones hanc auem vocant *Crabanes*; Britones vocant *Vernaciane*, vt ex Scaligero conſtat.

Bulga eſt nouum genus piſcis admirabilis, ſcil. figura coriaceæ crumenæ cum ligulis & aperti marſupii more, tamen reperitur in rupibus ab æſtu marino excelis in ſcopulo *Cordan* ad Garumnæ aditum; vt retulit Scaliger.

In Xantonum oppido Mirabello viæ & angyportus ranarum pluuia tam referti fuerunt, vt oppidani pedem ex ædibus efferre non auderent, nec haberent vbi veſtigium ponerent. Vnde horror,

ſtupor oppidanos cepit & faſtidium ex illuuie, & tandem lues ſeu peſtis ex fœtore putrefactarum ranarum, vt eſt in exercitationibus Scaligeri.

Terreſtres cancros pauci ſunt qui nouerunt, ſunt tamen in ſaxis Lanarum agri Vaſatenſis ad pagum qui *Cohors* dicitur, procul & à mati & à Garumna, vt eſt in iiſdem exercitationibus eiuſdē Scaligeri.

Mare autem Oceanum licet fermè vbique ſenis horis ad litora moueatur, & ſenis remoueatur horis: Garumnæ tamen fauces, ſeptenis horis ingreditur, quinque verò egreditur, vt idem refert. Huius rei cauſam nemo adhuc expreſſe dare potuit.

Ad Garumnæ oſtium cenſentur Auſonio eſſe præſtantiſſima totius orbis oſtrea.

In Inſula Sena fuere quondam virgines Gallæ, ideò Senæ dictæ propter ſanitatem quæ & futurorum præſciæ fuerunt, & deſperatos morbos ſanare potuerunt.

Allata fuit Franciſco I. Regi Gallorum concha cum auicula intus fermè perfecta, alarum faſtigiis, pedibus, roſtro &c. hærentibus & affixis ad extremita-

tes oſtrei. Hoc mirum in Galliis ideò videtur fuiſſe quod oſtreum in auiculam fuerit conuerſum refert Cęſar Scaliger.

Ad litora Maſſilienſia reperta fuerunt corpora Sirenum & Tritonum licet mortua. Et in mari Gallico Mediterraneo frequentius eſt reperire corallum quam alibi.

Ex aliis colligere miracula aquarum Gallicanarum quæ apud omnes, extant non eſt huius loci.

CAPVT XX.

Diuiſio Orbis terrarum, & primò de Europa.

PRimò. Diuiditur in duas partes, ſcil. in orbem antiquum ſiue Ptolemaicum, & in orbem nouum ſiue Americum.

2. Diuiditur in tres partes, Aſiam, Africam & Europam.

3. In quatuor partes Aſiam, Africam, Europam & Americam: ſiue antiquâ apud Strabonem diuiſione in Orientalem ſiue

Indicam, in Occidentalem ſiue Celticam; in Meridionalem ſiue Æthiopicam: in Septentrionalem ſiue Scythicam.

4. In 5. partes ſcil. in quatuor prędictas, & in omnes Inſulas.

5. In ſex partes ſcil. in quatuor prędictas, & in regionem Polarem, & in regionem Antipolarem incognitam.

Antiqui totum orbem cognitum Chlamydis inſtar eſſe dixerunt.

Hoc capite de Europa Coſmographicè dicendum: Geographia enim particulariora tantum recenſet.

Europa finitur mari Oceano, freto Herculeo, mari Mediterraneo vſque ad Męoticam paludem. Hinc ab Oſtiis Tanais vſque ad fontem Tanais, & hinc rectà ad Septentrionem ducta linea finem ſtatuunt: Sed Cluuerius omnium rectiſſimè ab oſtiis Tanais vſque ad flexum, vbi propè Volgam Tanais curuatur, & hinc vſque ad Obium flumen terminum ſtatuit Europæ.

Longitudo Europæ eſt 2. millia fermè leucarum; Latitudo autem mille fermè ducentarum leucarum. Et licet ſit pars minima orbis, tamen multitudine hominum nec Aſiæ, nec Africę &c. cedit.

Figura Europæ eſt draco cuius caput eſt Hiſpania, collum Gallia, venter Germania, alæ autem Italia & Cimbrica Cherſoneſus.

Europa maximè variâ eſt figurâ, ideóque admirabilis, quò enim aliquid plures habet figuras eo eſt diuinius, ait Ariſtoteles in problematibus.

Europa & ad bellum & ad pacem ſibi ſufficit. Nam bellicoſiſſimi ſunt qui in mõtibus pręſertim habitant. Pacis autem & literarum ſtudioſiſſimi qui habitant loca plana.

Antiqui crediderunt Campos Elyſios eſſe in Europa, vel in Hiſpania, vel ad inſulas Hiſpanicas, vel in locis Hyperboreis, vt ſuprà dictum. Multi iam credunt infernum eſſe in locis Septentrionalibus, præſertim verò in inſuſa Iſlandia propter perpetuam mõtibus conflagrationē: propter gemitus perpetuoſque vlulatus aut defunctorum, aut dæmonum. Et certe in Septentrionalibus ſunt tenebræ exteriores, & ingens illic eſt dæmonum ſpecie viſibili apparentium & pręnunciantiũ & docentium, ac Magorum ventos ementium & vendentium multitudo ſicut & Lycanthroporum.

In Europa videtur eſſe caput orbis propter altiſſimos montes, vnde quemadmodum in Africa Athlas, ita in Europa Adulas altiſſimus mons eſt in Alpibus, vndè Rhenus profluit. in Europa eſt cingulum orbis, ſcil. montes illi Hyperborei de quibus dictum. In Europa eſt pes orbis ſcil. Italia ad ſimilitudinem pedis conformata.

Habet omnes omnino fructus. Sed odoratioribus caret & aromatibus margaritiſque, gemmiſque pretioſis. Vnus tamen crocus Europæorum poteſt comparari cum aliis aromatibus.

Quod apud veteres eſt Chaos, hoc apud Strabonem in extremis polaribus perhibetur: ait enim illic non eſſe propriè terram, aquam, nec aërem, ſed ob perpetuas tenebras aut exhalationes omnia illic eſſe commixta, ideoque hic eſſe vinculum orbis.

Præſtat aliis partibus quod ſit omnium maximè religioſa. Hic enim Chriſtiana Religio à Chriſto nato huc vſque omnium maximè floret.

Hic caput Eccleſiæ Occidentalis eſt Roma vetus, & caput Eccleſiæ Orien-

talis Roma noua ſeu Conſtantinopolis: imó in eadem Conſtantinopoli caput Mahometanæ ſectæ eſt.

In Europa eſt vnus Archiducatus, ſcil. Auſtriæ.

Sunt 2. imperia ſcil. Romanum apud Germanos, Turcicum apud Græcos.

Sunt 2. Imperia ſaltem antiquis Macedonicum & Romanum, vt comprehendit Orientem & Occidentem.

Sunt tres magni Ducatus, Moſcouię, Liburniæ, Hetruriæ.

Sunt 4 linguæ generaliſſimæ Græca Latina, Sclauonica, Teutonica.

Sunt quintuplices characteres ſcil. Ruthenici, Hieronymiani, Græci, Latini, Gothici.

Sunt 7. Linguæ minores primitiuæ ſcil. Cãtabrica ſeu Biſcaïna, Britonica ſeu Vallica, Vngarica, Hybernica, ſiue Scotica vetus, Finnica, ſeu Lappica: Albana, ſiue Epirotica, ſiue lingua Dicapeleti: & tandem lingua Cauſacorum: Tartarorumque Precopienſium quos vocamus patuos Tartaros.

Sunt 24 regna adhuc florentiſſima: & quod ſuis paret principibus, iam à mille

ducentis annis Francicum, ideóque & antiquiſſimum & nobiliſſimum.

Europei ſunt reuera Monarchæ totius orbis & abſit inuidia verbo ſunt Galli aut ex Gallis orti hoc modo. Familia Auſtriaca ea eſt, quæ Romanum tenet Imperium, Hiſpanias, Indiaſque ambas, &c. ſed Auſtriaci ſunt Galli. Probo. Auſtriaci originem ducunt ex Heluetia, Heluetii autem ſunt Galli ex Iulio Cæſare, ergo à primo ad vltimum Galli aut ex Gallis orti, ſunt Monarchæ orbis vniuerſi.

Quemadmodum Deus ſedem ſanctitatis voluit eſſe Aſiam ob ſalutiferæ noſtræ Paſſionis myſteria: ita ſedem ſapientiæ & bellorum voluit eſſe Europã. Nam à condito orbe nulla vrbs habuit tot doctos quot Athenæ. Et poſt Athenas nullibi doctiores plureſque fuerunt docti & diſcipuli quàm Pariſiis, ita ut ante 30. annos, & infra ea fuerit ſtudioſorum frequentia, vt in ſupplicatione Rectoris cũ ſtudioſi bini, & bini confertim præcederent: primi iam eſſent in Eccleſia D. Dionyſii in oppido cognomine cùm Rector nondum pedem ex Mathurinenſibus extuliſſet.

Romanum

Romanum Imperium omnium præſtantiſſimum in Europa fuit. Et poſtquam collapſum fuiſſet, Carolus Magnus inſtaurauit à quo huc vſque per ſucceſſores ipſius durat. Et hoc ipſo anno maximè floret Danis, Lutheranis aliiſque fermè deuictis.

Ariſtoteles Europeus fuit qui Chriſti Domini fuit Præcurſor in naturalibus, quemadmodum D. Ioannes Baptiſta Præcurſor in ſupernaturalibus.

Ioannes Doms Scotus fuit lima vniuerſæ veritatis. Calculator exceſſit modum ingenii humani. Okam omnium ingenia ſubuertit & inuictas ſubtilitates induxit. Et vt verbo dicam Europei fuerunt auctores & inſtauratores omnium artium & ſcientiarum.

Quod autem Europa potiſſimum ſit ſedes Martiorum hominum, ex hac hiſtoria quæ eſt apud Priſcum hiſtoricum, Iornandem, Abbatem vſpergenſem, & Lambertum Schafuaburgenſem conſtabit. Legitimo inquiunt de gladio Martis in geſtis Getarum ſeu Gothorum quem bellandi præſidem & armorum primum repertorem conſtat: cum gladium poſt mul-

ta tempora paſtor terrâ leuiter abſconſum deprehendit, ex ſanguine bouis cuius pedẽ dum in gramine paſceretur vulnerarat, iſque eum Attilæ Regi detulit. Vnde illi prædictum fuit ab omnibus, quod gladius hic ad interitum orbis terrarum & perniciem gentium fatalis eſſet. Quod verum fuiſſe miraculum multarum, nobiliſſimarum in Galliis ciuitatum etiam hodie teſtantur excidia, adeò vt gladius iſte vocatus fuerit vindex iræ Dei, ſiue flagellum Dei.

CAPVT XXI.

De Africa.

AFrica ſemper aliquid fert noui. Vnde quæcumque de Africa fermè referuntur, videntur nobis remotis fermè incredibilia: iſta tamen ex Auctoribus indubitatæ fidei Ariſtotele, Strabone, Leone Africano, Scaligeris, Cluuerio, & aliis noſtro ordine referam.

Africa, id eſt, ſine horrore, ſiue, ἀφρίκη, propterea quod omnes aliæ terrarum

partes habeant aliqua loca in zonis frigidis, ſola autem Africa ad zonas frigidas non pertinet.

Duas Europas & ampliùs æquat. Longitudo eius eſt mille quadringentarum leucarum minimum.

Quoad cœlum ſeu aërem, plurimis in locis nulla vnquam eſt pluuia, vt plerùmque in Ægypto: regio eſt fertiliſſima, & quondam horreum Romanorum ob fœcundam Nili inundationem. Auis inter cęteras vultur eſt diutiſſimæ vitæ: itaut præ ſenectute omnes pennæ ei decidant & ſic nudus in ſumma ſenectute in nido à pullis nutriatur.

Quoad ignem, Atlas mons altiſſimus & alius qui vocatur Serra-leona perpetuò fulminat, fulgurat, tonat, quouis fermè die & nocte, itaut meritò credatur hunc montem eſſe currum Deorum, vt antiqui vocauerunt.

Quoad aquas, vniuerſa Africa mari circumdata eſt Oceano, ſi excipias tantum ſpatium 30. leucarum à ſinu maris rubri ad mare Mediterraneum Nilus orbis fluuius celeberrimus: Anaurus eſt, ſiue nullas auras expirat. Nigir fermè æqualis

Nilo, Aliique magni fluuii ferme omne, inundatione Africam fœcundam, & vnà cum inundatione peſtem tollunt. Item in omnibus fermè ſunt maiora animalia, & pleraque amphibia quæ tam in terra quam in mari fluuiiſque viuunt. ſcil. hic ſunt Hippopotami ſiue equi marini, & fluuiales boueſque marini, crocodili. Item Tritones & Sirenes de quorum hiſtoria ſupra. Apud Garamantas etiam hodie fons eſt qui à Meridie ad mediam vſque noctem feruet, & à media nocte vſque ad meridiem frigidiſſimus eſt omnium omnino maximus lacus eſt ad montes lunæ.

Quoad terram, ita diuiditur generaliſſimè, ſcil. in Ægyptum, in Æthiopiam Abyſſinorum, in Aethiopiam inferiorem, in Nigritarum regna, in Barbariam, in Biledulgerid, id eſt numidiam, in Sadram deſertum id eſt Libiã. Hæc enim diuiſio ge-ralis & inſignis Coſmographo ſat facit.

Aegyptus ſola habuit olim 20. millia vrbium: Babylon ſola tam vaſtæ fuit amplitudinis, vt cum inimici vnam partem vrbis cepiſſent, ex altera parte tantum triduo poſt, id innotuerit, vt refert Ari-

ſtoteles in Politic. Trium igitur dierum iter hæc vrbs continebat. Vnica vrbs Thebarum centum habuit portas: centum aulas totidem principium, & ex ſingulis aulis centum & plures milites effundebantur. Hodie in regno Maroxi & vrbe eſt totius orbis maximum templum, vt refert Leo, quod vocatur templum *Aliben* Ioſeph. Adhuc in Aegypto ſunt Pyramides ingentis altitudinis & meritò inter miracula orbis. Nec enim in vniuerſo orbe aliquod opus Architecturæ ſimile eſt. Nec enim Panthæon, ſeu Maria rotunda Romæ comparari poteſt.

Tota terra licet non ſit inculta habet tamen deſerta aliquando trium, aut quatuor dierum ſpatio. Et illic montes Arenacei exurgunt ſiue procellæ arenarum à ventis excitatę præſertim verò in Iſthmo inter mare rubrum & Mediterraneũ de quibus ſupra pluribns. Ideóque vna omnium maximè habet animalia venenata & monſtra ob penuriam aquarum. Cum enim beſtiæ ad flumina conuenere remotiſſima variæ ſpeciei, inter ſe ſe commiſcentur.

Habet præterea montes lunę altiſſimos,

& omnium profundiſſimas valles, itaut credatur illic eſſe centrum terræ.

Illic eſt lacertus 2. pedum nec vnquã bibit, & aqua ipſi eſt mors præſentiſſima. Illic formicæ candidæ, nec enim à ſole ſolo, nigredo imprimitur. Vbi verò ſunt formicæ rubræ, iis cum pipere veſcuntur. Sunt Cochleæ magni dolii magnitudine, & hiſtoria viatoris à Leone recenſetur.

6 Arietes & oues, & talium animalium ſunt caudæ 20. librarum, etiam plurium.

Ex quo Turcæ occupant & Mahometani, ſunt multò crudeliores crocodili, & alia animalia quàm tempore Chriſtianorum vt ait Leo: hiſtoriam tamen magicã refert, quam apud eundem & Scaligerum leges.

CAPVT. XXII.

De Aſia.

Aſia his nominibus præſtantior eſt quàm aliæ mundi partes, quia in hoc loco fuit paradiſus: quia primus homo Adamus cum coniuge tantùm hic crea-

tus, quia Chriſti Seruatoris noſtri Natalibus, Paſſione, Morte, Reſurrectione, Aſcenſione, aliiſque myſteriis meritò gloriatur Aſia. Et quia primi omnium mores, ſcientias, & artes docuerunt.

Vndique mari cincta eſt, præterquàm quod Tanai & Obio fluminibus ab Europa diſtinguitur. Longitudo eſt maior ipſa Africâ &c.

Hodie 5. potiſſima ſunt Imperia Tartatorum, Indorum, Chinenſium, Perſarum, Turcarum.

Tartari ampliſſimam totius orbis regionem obtinent, non tantum in Aſia, ſed etiam in Europa plurima poſſident, & ſunt omnium Barbarorum maximè barbari. Et adhuc ſanguine equorum crudáque veſcuntur carne, imò & inteſtinis quibus ſemicocta ſtercora adhærent. Maximè in eſu delectantur. In Tartaria vrbs magni Chani, (ita Imperatorem vocant) *Cambalu* 12. habet portas, 12. ſuburbia, & 12. leucas in circuitu. Eſt tamen in Tartaria adhuc gens quæ ex arborum corticibus, & frondium canitie vela ſubtiliſſima efficit. Omnium Imperatorum Tamerlanes præſtantiſſimus fuit, qui

etiam Turcarum imperatorem deuicit & in cauea ferrea incluſum circumduxit, Imperatrice ſeminuda inſtar viliſſimæ ancillulæ inſeruiente, & ad viliſſima quæuis abiectâ.

Chinenſes omnes totius orbis ingenio dicuntur ſuperare. Et certè artes Typographicam, & tormentorum bellicorum multis antè ſęculis quàm Germani & Europei habuerunt. Totius orbis præſtantiſſimum habent murum, ſcil. Sexcentarum leucarum inter crepidines montium, quo Tartaros ab impetu arcent. Qualis quantaque ſit vrbs *Quinſay*, Regis Chinarum ſcil. 50. circiter leucarum in circuitu, itaut 12. millia pontium habeat, ſuprà dictum eſt.

India ſcil. Orientalis tam ferax auri & argenti eſt, vt antiqui crediderint ſolũ Indiæ eſſe aureum & argenteum. Ganges maximus ipſius fluuius eſt cuius latitudo minima qua nauigabilis eſt 4. Leucarum maxima veró latitudo eſt Leucarum 10. Campanel eſt vrbs princeps in colle & 7. muris eſt cincta inſula ſumatra maxima eſt. Deinde Iaua maior, ideô que dicitur compendium orbis ob diuitem rerum prouentum.

In Perſia quod notandum, Regio quædam olim vocata Pariſina & alia Kermania & vrbs Suza quæ idem eſt ac lilium. Præcipua autem iam vrbs Hiſpaan, ob magnitudinem Perſis dicitur dimidia orbis pars.

Turcarum regnum potentiſſimum eſt licet inclinare incipiat: & notandum hic fuiſſe Gallo-Græciam ſeu Galatiam; Item Ambianos, Tectoſagas, hic etiam Ilium ſeu Troia vnde nobiliſſimę nationes dicuntur ortæ. Hic fuit templum, Epheſię Dianæ miraculum orbis quod Heroſtratus incendit, vt ſibi immortale nomen m pareret. Hinc eſt mons Chymera & fabulæ fecit locum: quia in ſummo nutriebantur Leones, in medio capræ, ad pedes dracones. Item hic eſt Taurus maximus & longiſſimus totius orbis mons, & Aſiam in duas fermè æquales partes ſecundũ longitudinẽ diuidit. Hic eſt mare mortuum in Iudæa quod nullis ventis impellitur propter bitumen, & & alia miracula habet ſcil. quòd nullos piſces patiatur, quòd omnes tam periti quam imperiti ſupernatent. Hic ſcil. in Rhodo inſula coloſſus Solis fuit 7. cu-

bitos altus ex ære, itaut minimus digitus maior eſſet noſtris ſtatuis.

Tanta eſt longitudo regni Turcici, vt tribus menſibus poſſit nemo iter perficere licet ſingulis diebus 12. leucas conficeret ait *Dominus de Breues.* Mirabilis hæc eſt cõſuetudo principum Turcarum. Quotieſcumque ſubiugant Reges aut Principes, &c. omnes omninò reditus quos deuicti Principes habuerunt, in ſingulos annos Conſtantinopolim afferri iubent: item omnia bona Eccleſiaſticorum quotannis. Item omnia bona eorum qui bello contra Turcas, aut obierunt aut pugnarunt ſibi arrogant. Vnde coniicere potes quantæ ſint diuitiæ huius Imperatoris. Sex menſibus poteſt conficere exercitum ſexcentorum mille hominum, itaut ne obolum quidem ex ærario Regio effundat propterea quod bona deuictorum ad milites perueniant, Chriſtianis colentibus terram ea conditione, vt quoties de Rep. agitur, milites ſuis ſtipendiis militent. Imperator autem non maiori pretio in caſtris omnia curat vendi, quàm vendũtur Conſtantinopoli. De cuius vrbis magnitudi-

ne ſuprà dixi. Et Hoc tantum notandũ eſt, quod capta hac vrbe Diuæ imagines & Reliquiæ fuerint abiectę in cloacas &c. Et Imperatrix vniuerſaque regia familia in duas partes fuerit diſſecta ſerris &c. Nec enim plura de hac rę dicere dolor permittit.

CAPVT POSTREMVM.

De America.

VOcatur America à Veſputio Americo, licet prius Chriſtophorus Columbus eam detexerit; ideóque potiùs Columbina quàm America debuiſſet vocari. Sed meritò dici poteſt *Sic vos non vobis* &c. Inuiderunt autem Hiſpani, vt eſt gens omnium inuida gloriam. Colombus autem ouo in apicem erecto, rectiſſimè ipſos irriſit: gloria autem inuentæ Americæ ad Gallos ſpectaſſet, niſi aut auaritia, aut ignorantia Principum, hoc neglexiſſet.

Mirum eſt omnibus retrò ſæculis nobis hanc partem fuiſſe ignoratam quamuis Phœnices Carthaginenſes multis ante ſeculis eo ſcribantur nauigaſſe, & apud Platonem eſt de Inſulà Athlantica ingenti Africæ oppoſita. Item quondam Inſulam vaſtiſſimam extra Gades terrę motu fuiſſe ſubmerſam, & diu mare fuiſſe illic innauigabile. Ex quibus colligitur Americam nomine Athlantico fuiſſe notam ante tempora Chriſti. Item colligitur multò fuiſſe ampliorem, & terræ motu plurima fuiſſe ſubmerſa eo ſcil. tempore quo mare Mediterraneum per Fretum Gaditanum erupit, & Iſthmus inter mare Arabicum & Mediterraneum deſertus fuit.

Eſt alia pars orbis & fermè magnitudine Æqualis Europæ, Aſiæ, Africæ ſi terram Auſtralem & Magellanicam comprehendamus. Anno Domini 1492. detecta fuit.

Prædixerunt autem dæmones illis diu ante hoc futurum. Nempè ventrem gentem barbatam veſtitam, gladiis accinctam, quibus medium diſſicaret hominem, idola terris allideret, & captiuos

crudeliter mactatet. Et certè omnium gentium immaniſſima & maxime barbara, imò diabolica fuit Hiſpanorum crudelitas. Nam ſpatio 12. annorum in Sola Hiſpania noua, vt vocant quinquagies centena millia hominum occiderunt, & vix 50. reliquerunt in ſemen tantum, vt ait Lipſius. Pariſiis vix ſunt ſeptingenta millia hominum. Ipſi autem quinquagies centena millia hominum deleuerunt. Deinde vniuerſam hanc latiſſimam terram perpetua ſeruitute damnarunt. Inſaniſſima auaritia ducti, id eſt, omnes omninò per vniuerſam Americam condemnarunt ad auri fodinas & argenti, prætextu ſcil. Religionis, quod nollent Chriſtiani fieri. Sed rectiſſimè Ogerius Guſperchius in Epiſtolis Turcicis de Hiſpanis refert *Religio inquit prætexitur, aurum quæritur.*

Hiſpani tamen Coimpudentiam, dixerunt ſe filios eſſe Dei. Ideóque Americani omnes Deo maledixerũt, quod tam malos generaſſet filios. Alii igitur cum crederent eos eſſe immortales, pedibus elatis in torrentem immerſerunt, & cum vidiſſent ſuffocari mortales eſſe viderũt.

Alii cum de Regno cœlorum audirent quęſiuerunt vtrum illic etiam eſſent Hiſpani? Aſſerentibus Sacerdotibus noſtris, Americani reſponderunt ſe malle eſſe in inferno vbi non ſint Hiſpani quàm in cœlo vbi ſint Hiſpani. Alii cum viderent ita inhærere auro, crediderunt eos auro viuere: itaque vocatis ad prandium, aurum feruens & liquefactum nolentibus in ſtomachum infuderunt. Alii crediderunt eſſe filios fulminis propter tormenta bellica illis antea inuiſa. Alii eſſe monſtra maris. Cùm autem plerique ſint aut ſaltem fuerint Antropophagi, voluerunt deuorare Hiſpanos captos, ſed poſtea à carnibus Hiſpanorum abſtinuerunt proptereaquod nimis eſſent duræ.

Tres ſunt potiſſimùm partes; vna Magellanica terraque Auſtralis adhuc incognita, alia eſt America Meridionalis ſiue Peruuiana; alia eſt Septentrionalis ſiue Mexicana.

Montes illic ſunt perpetuo igne lucentes, & Vulcanii dicti. Vnus autem inter cæteros eſt, ad quem 15. leucis aſcenditur. Putarunt ſtolidiſſimi hac parte Hiſpani illic aurum coqui: ideò catenas

ingentes ferreas conſtruxerunt vaſe maximo æneo appoſito & demiſerunt vt inde extraherent aurum,ſed ignis ſtatim omnia lique fecit

Fluuii omnium maximi ſunt Canada ingentibus præcipitiis & cataractis admirabilis Maragnon ſiue fluuius Amazonum, latus alicubi 60. leucas. Item *Rio de la Plata* ſeu argenteus inſtar Nili excreſcens.

Pane & vino carebant, fructibuſque tantum,radicibus,& leguminibus veſcebantur, & duplo maiores tulit America fructus poſtquàm noſtræ arbores illic fuerunt plantatæ. Habet autem legumen *Maiz* radices Tapināboſias, deinde Tabacum. Debetur tabaco capuis ipſis Americanis: Item habent balſamum & & arborem quæ ex foliis creſcit.

Non habent boues, equos, mulos, aſinos, oues, capras, canes, mures: ideóque decem equites viginti millia hominum fugarunt, propter nouum equorum aſpectum. Et ſceleſtiſſimi Hiſpani nutriuerunt canes quos in nudos iſtos homines immiſerant: putauerunt autem aliquid diuini ineſſe canibus, quòd notos ab

ignotis diſcernere poſſent, ideóque vocauerunt *Dominos canes*.

Inter animalia vnum eſt duplici ventre, & cum fugit fœtum in poſteriore ventre recondit. Item eſt auis pinguis rectà incedens. Animalia autem eo venerunt quia ſine dubio America alicubi cum cęteris pàrtibus terræ continens eſt.

Hic plerique fuerunt Anthropophagi præſertim verò caſtratos & ſaginatos puerulos deuorabant &c. mulieribus parcentes iunioribus propter fœtum, vetulis propter ſeruitia.

Hic etiam eſt Gens Patagonum gigantea, vbi minimus ipſorum eſſet maximus apud nos.

Literas nullas habuerunt, ſed vel picturas tantum vel lapillos, vel varii generis & coloris funiculos, quibus geſta memorabant.

Et hæc de Coſmographia.

Excipiebant Antonius de Rochine & Antonius Morand affines Donomarenſes. 1629.

NOBILISSIMO CLARISSIMOQVE VIRO DD. IOAN. MERLET MEDICO PARISIENSI ET SCHOLÆ MEDICÆ DECANO MERITISSIMO

Antonius Morand.

SI non poſſit (Vir Nobiliſſime) aureus ille Ianj Cæcilij Frey præceptoris mei colendiſſimi libellus, auſpicio meliore, bellè curioſorum ſubire vultus, quam ſi curſum eius direxeris, vel ſi tempeſtas portus ac præſidii dubium occupet; quippe qui ſexcentis hominibus in dies ſingulos & morbo graui decumbentibus manum leniter admoues (pro ſingulari quâ polles & potes humanitate) memoriâ & cogitatione quin Colle-

gam tuum abſentem liberaliſſimè tuo ſinu complexuque recepturus ſis, non ſubdiffido, multis cùm nominibus accedat ad te, Celeberrimæ Saluberrimæque Facultatis Medicorum Pariſienſium Ducem. Ex eâ enim gente cum ſit ortus, quâ vix vlla apud Heluetios aut nobilior aut antiquior, ad te (inquam) *ſermonis & morum elegantiâ non minus quam doctrinæ prudentięque nomine ſpectabilem, & illuſtri generosâque Merletorum familiâ conſpicuum, debuit adire, ſociatâ tradentis accipientiſque concordia, & rarâ conſpiratione conſenſuque ſtudiorum & virtutum. Nec alienum erit, talem tantumque Virum latere in tutela Viri cuius ſapientiæ, vigilantię, fortiſſimoque pectori, immortali virtute partum ius & decus Scholæ Medicæ, meritò concreditum eſt. Quod ſi & te Iudice Baccalaureus olim renuntiatus ſum, teque Duce* (Deo ſint laudes) *faſtigium aſpirare datum eſt, bienniſque laboris noſtri Me-*

dicique ſtadij pariſiis, ſcopus, is vt vno eo-demque tempore in vtramque partem ilicò de (quolibet vrgente) Doctore reſponſurus ſit Baccalaureus ; certaminis honeſtiſsimi, grauiſsimique diſcriminis, quia Scholæ nomine, verus legitimuſque ſedes Agonotheta, Sacrum hunc Tibi libellum vnà voluiſſe me, non reclamabit Poſteritas, ſed acclamabit. Et cum vbique pietati, ſumma tribuenda laus eſt, quoniam defendas eos, quos obſtrictos eſſe ordini tuo ſuſpicis, illa ipſa, tuarum virtutum amplitudinem, & præclarè res geſtas omni tempore, prædicabit. ix. Kal. April. M. DC. XLVI.

DIALECTICA VETERVM præceptis ad expeditam rerum notitiam vtiliſſimis, inſtructa.

PRÆFATIO.

DIalectica ars artium, ſcientia ſcientiarum vocatur, quod doceat qua via, & ratione, artes ſcientiaſque omnes facilius addiſcere poſſimus. Hodie logici vniuerſi in quæſtionibus intricandis toti ſunt, cunctis dialecticis vtiliſſimis aut neglectis, aut non intellectis. Vnde fit vt verum dialectices vſum aut ignorent, aut finem non aſſequantur. Quis enim ex illis eſt, qui doceat qua ratione ſtudendum, docendum, diſcendum: Quomodo memoria promptior & diuturnior fiat: Quomodo in vtramque ex tempore partem diſſerendum, definiendum, diuidendum: Qua methodo bibliothecas oporteat conſtituere authores legere, imitari, reſoluere, & inde electa eligere & in

locos, vt vocant communes, referre, aut res diſponere, libros componere: Imò quis explicat qua methodo perſpicuè loquendum, varianda loquela, & res ſint explicandæ. Et tamen hoc omne vnius Dialectici vnicum munus eſt: ſed heu à ſophiſtico hoc ſæculo, & quod dolendum à pulcerrima Academiarum Pariſina, hoc quidquid negotii eſt, deſpicatui habetur. Ergo tres dominos artium heroas imitatus; conabor, quod vſu experientiáque, lectione, & meditatione ſum aſſequutus, cùm literaria Iuuentute cõmunicare. Si ex lectiſſimis Profeſſoribus aliquis eſt, qui doctius, meliuſque norit, prodat, & prodeat. Mihi hac in re ſupremus finis eſt profectus Iuuentutis.

CAPVT I.

An diſcendum, & quid, & quomodo Pueris & Adoleſcentibus.

NIhil eſſe diſcendum ſic probatur. diſcere primo, non eſt iucundum quia laborioſiſſimum. Secundò non eſt

vtile, quia maximæ fiunt expenſæ, lucrum verò & quæſtus exiguus & incertus, cum caupones paucioribus diebus ditiores quàm tota vita literati fiant: Imò ex liberalibus artibus diteſcere, illiberale eſt; auarum, & abuſus. Præterea diſcere eſt vana curioſitas & ſuperbos efficit. Tertiò diſcere non eſt honorificum, quia Principes contemnunt literas, aulici verò & diuites cum literaros iniuria afficere volunt, Doctores, Philoſophos, Collegas, Latinos, Pædotribas vocant. Sed diſcendum eſt primo, quia vtiliſſimum ignorantiam cum qua omnes naſcimur tollere. 2. quia iucundiſſimum eſt deſiderium ſciendi, cum quo omnes naſcimur, ſatiare. 3. Honeſtum eſt ſe naturam, & Deum cognoſcere.

Reſpondeo ad primum, laborioſum eſt ſenſibus ſed non menti, vt enim pulcherrima videre viſui eſt iucundum, ita pulcerrima intelligere iucundum menti. Ad ſecundum, ſatis magna vtilitas eſt quæ beatitudinem parit, & ſimilem Deo efficit, ſuperbiam & vanitatem tollit, cum quàm pauca ſciamus, nouimus, tum quia pecudes auratæ, deinde ignaui tamen negligunt literas & Literatos.

Præceptum primum, quo à 2. ſtatim natiuitatis anno variis loqui linguis licet, abſque tanto laborea, tantiſque ſumptibus ſine ſtudio, & ſcholis, & ſine præceptis, idq; perfectiſſimè. Quod fieri poſſe quotidiana experientia Conſtantinopoli, & in omni loco alterius linguæ hominibus vicino docet, vbi binas treſque exactè linguas etiam plebei nouerunt.

Collegia ſint famulis viriſque literatis eleganter Latinam, Græcam, Gallicã que linguam loquentibus referta, illic à ſecundo natiuitatis anno, pueruli habitent: Ibi doctis & famulis hoc vnum detur negotii, vt perpetuo cum puerulis colloquantur, conuerſentur, ludant, viuant. Sic fiet vt quinto anno latinius, magiſque loquantur, quam illi, qui decem annos in claſſibus, tanto diſpendio, erudiuntur.

Præceptum ſecundum, ea diſcenda ſunt puerulis quæ viris profutura ſint: ergo cùm vicinis noſtris quia viuendum eſt, ſeu pacem, ſeu arma velimus, linguæ ipſorum diſcendæ ſunt ſine labore, ſine ſumptu. Quid fieri poteſt, mercatorum filii, & conſuetudo probat. Ergo ſeptimo

ætatis anno mittatur filius in Hiſpaniã, aut Italiam, aut Germaniam, Turciam, aut in Angliam. Hi enim ſunt vicini noſtri, quibus cùm neceſſario viuendum eſt, mittatur inquam, ad amicum filius à quo amico ad te filius ipſius tranſmittatur, hic tibi loco filii educabitur, & filius tuus apud amicum, liberorum loco erit. Sic abſque ſumptu, duobus aut tribus annis filius exteram linguam diſcet: quo facto, decimo ætatis anno, in aliam regionem ſimili eruditione proficiſcatur. Sic paucis annis abſque ſumptu & labore, plurimas noſcet linguas.

Pręceptum tertium, hominis & præſertim Philoſophi intellectus eſt fabularum rerumque admirandarum amans: nihil autem magis iucundum puerulis accidere poteſt quàm fabulæ: ideò à 3 ætatis anno nõ aniles fabulæ ſed Heſiodicæ & Homericæ, familiari in colloquio ſeu ludo, ſeu ioco, ſerióque à pędagogo referantur: ſic vniuerſarum abſque negotio fabularum vno alteroque anno puer erit perquam maximè gnarus.

Præceptum quartum quandoquidem literæ in ſcholis Grammaticorũ iam diſ-

cuntur, ſaltem quemadmodum Philoſophi omnes omninò res parteſque ſcientiarum ſcientifico ordine tractant, ita eodem ordine nomina & verba vna cùm ethymologiis doceantur. Hoc modo eadem eſt diuiſio vocabulorum & rerum. Res autem omnes ſunt locus & tempus, aut in loco & tempore, ordine igitur locus, vel eſt cœlum, vel aër, vel aqua, vel terra. In cœlo Deus eſt, & ſpiritus, in tempore omnia fiunt quæ cogitamus, dicimus & facimus. Ergo hoc ordine quem Varro præſcripſit, vocabula omnia noſcentur quo ordine, in Philoſophia res ipſæ docentur.

Præceptum quintum, lingua Græca, aut alia, ſpatio vnius ſummum anni ſciri poteſt: ita vt etiam loqui exactè poſſimus: poſt compendium Grammaticæ vnius menſis, ſtatim auctores legantur, & quotidie ſeptem vocum ſignificationes, vt ſummum diſcantur, & in librum ordine literarum tanquam in dictionarium referantur. Prima ſeptimana, repetantur quæ didicimus, ſecunda, quę duabus hebdomadibus didicimus. Poſt menſem, ea quę menſe didicimus, & ſic deinceps; ſic

fiet, vt plura duobus millibus vocabulorum noſcas, quod ſatis eſt linguæ loquendæ. Interea adſint ſocii quibus colloquaris maximo profectu ſummus iuriſconſultus *Charon* amicos hoc modo docuit.

Præceptum *6*. hodie tamen Romana & Græca hiſtoria docetur, Gallica noſtra negligitur, itaque ſtudiis Grammaticis perfectis, vnum annum hiſtoriæ Gallicæ impendamus: Quorſum enim tot nugę, & tot annos docentur in Epigrammatibus aliiſque carminibus in chreiis aliiſq; reb⁹ poſtea nulli vſui futuris? melius ergo loco claſſis humanitatis aut ſecūdæ, claſſis hiſtoriarum inſtituetur: ſic enim & noſtra facinora, leges, conſuetudines, exacte diſcemus.

Pręceptum ſeptimum omnes auctores quos à puero hucuſque memorię mādauimus retinere poſſumus: in ſcholis igitur quotidie pauciſſimi verſus doceantur, ſed ediſcantur exactiſſime. Deinde eo ordine repetantur quem præſcripſi pręcepto quinto: Certe abſoluto ſtudiorum curſu nemo eſt, qui ſingulis meēſibus non habeat vnum diem repetendo auctori quē vno anno didicit, alio menſe alium diem

inſumat repetendo authori quem alio anno didicit, & ſic deinceps.

Præceptum octauum, quod in prima claſſe plures annos eloquẽtiæ Latinæ aut Græcæ dant operã. Poſtea duo aut plures annos in Philoſophia ſe occupant diſcipuli tot tamẽ diebus à ſcholarum exercitatione vacuis malè faciunt, ſed inter Rethoricam & Philoſophiam noſtram ſtudium Mathematicum interiiciendum eſt, vbi Arithmetica cum calcutoria: Geometria cum mechanica, Item Coſmo. Geo. Choro. Topographia doceatur, & certè antiquitus nemo ad Philoſophiam admittebatur Mathematicarum ignarus, & quia Platonis ac Ariſtotelis ſcripta plena ſunt demonſtrationibus Mathematicis, hinc eſt quod pauci ex eorum lectione ſperatum conſequantur fructum. Arihmetica autem non rectè docetur, quaſi verò ſemper opus ſit calamo, vt per notas Arithmeticas *Zifras*, A quæ ſunt nouitium arabum inuentum numerare tantum oporteat. Sed vel per calculos, vel per virgulas vel quod nemini forte notum, per digitos extempore: in negotiis omnibus vſus Arithme-

ficæ eſt mirabilis. Sed mechanicarum vſus in ædificiis, & in bello maximus eſt: Chartas autem & geographicas tabulas, non tam pacis quã belli ſtudium requirit. Pueros autem Mathematicis aptiſſimos qui neſcit; ingeniorum naturam neſcit.

Pręceptum nonum, picturæ ſtudium reuocandum eſt, pictura enim præterquã quod ex ſe delectabilis eſt, magni tamen aliundé exiſtimãda, quod res omnes ante oculos proponit, carũ ſymmetriã obſeruat itaut hoc ſtudio qualia debeant eſſe vſtẽſilia, cæteráq; ad familiã & Remp. noſtrã, pueri abſque labore, diſcere poſſint.

Præceptum 10. notarios eſſe antiquo more oportet ſiue notarum Tironis & Cypriani ſtudium quod tam ab omnibus negligitur ſiue tachirographia vtiliſſima, & breui temporis ſpatio reuocari poſſet & deberet. Per hoc ſtudium vnica notula ſiue litera integrum vocabulum exprimitur v. g. hæc vocabula *Maieſtas, poteſtas, & purpura Tibi Imperatoris*, quatuor his notis exprimuntur . Nam cùm hodie in ſcholis, imò extra ſcholas ſcribendis lectionibus, epiſtolis, orationibus, libris, contractibus, concionibus, homines plerique ſe tradant, certum eſt,

quidquid ſex menſibus iam ſcribitur aut ſex diebus, & annis, illud omne poſſe ſcribi vno menſe, vno anno, vna die, quod certè eſt inſigne temporis compendium, quo adhibito quis non videt Philoſophiam noſtram quam toto biennio tractamus, facillime poſſe ſcribi, & ex dictantis ore excipi tribus menſibus.

Præceptum vndecimum, cùm maximam ſemper gloriam & felicitatem etiã antiqui Galli bellicam exiſtimarint, & ab ea pleraque ſit nobilitas Gallica. Hoc vnum nobis obiiciunt literarum hoſtes, quod literæ, animos molles, effeminatos, & imbecilles, faciant, nec abſque re. Ideò enim Hannibal Profeſſorem de belli duce loquentem irriſit: Ergo vna cum literis armorum exercitium, ſeu Gymnaſticæ ſtudium, coniungendum: vt corpus exercitiis, ſicut animus literis, firmetur. Hac de cauſa Spartani & Græcos, & Barbaros vicerũt, quia laboribus & exercitiis bellicis fuerant aſſueti, *Carolus Magnus ſolitus erat dicere gladiũ & literas eſſe comites.*

Præceptum duodecimum, cùm è ſcholis redimus, poſt tot annos inſumptos, reipublicæ adminiſtrandæ & familiæ ſu-

[illegible] ...ic

Digitized by Google

rei, remedium eſt, vt non tantum paucula præcepta de Philoſophia morali, Sed *œconomiam & politicam publicè* doceamus. & ſaltem imitemur antiquos, & fortiſſimos Romanorum ante Papirium & Venetos iam prudentiſſimos: Illi enim ſic tractauerãt coram pueris de rebus ſeriis: & experientia conſtat Venetorum adoleſcentes in Repub. adminiſtranda Gallis licet viris aliiſque nationibus præſtantiores eſſe.

CAPVT II.

Præcepta memoriæ firmandæ.

SÆpe memoria fallit vel peritiſſimos, & eſt infida etiam illis qui fideliter edidicerunt, præſertim verò vbi maxime requiritur, ibi maxime deficit, ſic Demoſthenes coram Philippo, Budeus coram Imperatore Carolo obmutuit, ergo firmanda eſt. notandum tamẽ in iſtis præceptis nemo fructum faciet, niſi qui loqui poſſit prompte.

Præceptum primum, cum memoria

Oratorem, Concionatorem fallit aut aliquem alium qui præmeditatus loquitur, ordinarie in fine periodorum fallit. Facile enim cuiuis eſt periodum quam incepit & didicit perſequi, ſed non ita facile eſt ad aliam materiam aut periodum in longa oratione tranſire. Ergo ſume tibi verſus aliquos aut orationem notiſſimam vulgo verſus Virgili. *Arma virumque cano* &c. vel aliquem Pſalmum notiſſimum, aut Orationem Dominicam *Pater noſter &*. Iam igitur prima periodus incipiat à primo vocabulo vulgo *Pater*, ſecunda periodus à vocabulo 2. *noſter*, tertia à vocabulo *qui es*, quarta à voce *in cœlis*, & ſic deinceps. Oportet autem tales voces materiæ de qua dicturus es applicare. v. g. ſit loquendum de Ariſtotele, ita fieri poteſt. Pater omnis ſapientiæ humanę & diuinę, meritiſſimo iure cenſendus eſt Ariſtoteles. Noſter orbis noſtraque monumenta, noſtrique auctores huius rei & veritatis amplum vbique dant teſtimonium, & referre facile foret. Qui es inter Gręcos eloquentiſſimus æſtimatus Demoſthenes, Iſocrates & tu Marce Tulli diſertiſſimus, an non vbiq; id fa-

temini &c. & ſic deinceps: quo facto, impoſſibile eſt humanitus loquendo, memoriam te fallere, quamuis in longiſſima oratione: & breuiſſimo momento repeti poteſt longiſſima oratio.

Præceptum ſecundum, memoria infelix maxime eſt in vocabulis propriis, in hiſtoriis, & in varietate rerum, vbi nulla eſt connexio retinenda & recenſenda. Ergo vocabulum aliquod finge aût potius vocabulum notum accipe, cuius literæ aut ſyllabæ tibi repreſentent primas literas aut primas ſyllabas materiæ quā proſerre tibi conſtitutum eſt. v. g. ſit mihi loquendum de Alexandro, Romulo, Mercurio, Orpheo ſumam hoc vocabulum *Armo*, à ergo ſignificat Alexandrum r, Romulum &c. vel ſit mihi loquendum de *Argonautis*, de mari, ſumam hoc vocabulum *arma*: Itaque prima ſyllaba refert vocabulum primum, ſecunda ſecundum &c. Notandum eſt talia vocabula poſſe in digitis aut vola manus inſcribi, ſed ne aliquis animaduertat, debent inſcribi, aceto aut vrina, poſtea cum opus erit, vel terra, vel puluere, vel carbone fricanda eſt vola, & literæ quæ la-

Præceptum tertium breuitas quia non onerat memoriam, ideò facilè retinetur. Ergo ſi alicui loquendum linguis præſertim exoticis, vt Græca aut Latina, & timor eſt ne fortaſſe ab longitudinem periodorum ſolœciſmus committatur, dum tamen poſteriora membra periodi profers, facilè primi membri non recordaris, ideóque facilè ſolœciſmus committitur: v. g. ſi dicam hoc modo cogitanti mihi qualis quantaque res ſit, virtus & quam magni eam ſemper fecerint pręſtātiſſimi mortalium præclaris monumentis, tam ſoluta quam ligata ſcriptis oratione conſtare poteſt, exiſtimaui coram vobis eſſe dicendum. Hic vides ſolœciſmum ſcilicet cogitanti mihi exiſtimaui, propter longitudinem periodi, ergo ne hoc fiat, noli vti alio modo quàm indicatiuo, alio caſu quàm recto, & fac methodo Lipſiana vnimembres & ſi vel obiter nouiſti Grāmaticam non errabis, v. g. aliquis à me petit, vt Latinè recenſeam quid agatur in caſtris &c. hoc modo dicam. Rex noſter iuſtus vigilat, omnes aditus hoſtium explorat, Angli inſidiantur, omnem mouent lapidem: ſed Galli ſi verè Galli, ſemper

excubant, Rupella fermè ſemper deſperat vbi vides vix poſſe committi ſolœciſmum.

Præceptum quartum, memoria iuuatur locis, imaginibus & ordine. Ratio primi eſt, quotieſcunque locum aliquem aſpicis in quo aliquid factum nouiſti, ſtatim locus ille in memoriam reuocat factum illud: v. g. ſi plateam aſpicis in qua Henricus Magnus occiſus eſt, ſtatim platea tam funeſtę mortis te admonet. Ratio ſecũdi, Regis imaginẽ quotieſcũq; intueris, velis nolis, hæc imago te regis admonet. Ratio tertii, ordo eſt parens memorię, ergo ars memoriæ in his tribus conſiſtit. Loca igitur præcipuè eligunt aulas, domos, & in illis cubicula, & in cubiculis, parietes quatuor, ita vt intranti in cubiculum, paries primus ſit ſiniſter. 2. qui eſt ante. Tertius dexter. Quartus qui eſt retro, in his parietibus conſtituunt ordine 20. loca in quouis pariete 5. hac figura M. Itaque infimus angulus parietis eſt locus primus, ſuperior ſecundus medius tertius, ſuperior deinde quartus, & tandem infimus eſt quintus. Itaque in quouis pariete cum ſint 5. loci, ſemper lo-

cus 5. quinarium numerum efficit in extremo angulo parietis.

In his locis rectè & inſigniter mente apprehenſis, collocant imagines rerum, materiarum, aut etiam terminorum de quibus dicendum eſt: aut narrandum ordine. imagines autem maximè admirandas, ineptas, ridiculas & enormes collocant, vt facilius retineantur v. g. ſint retinenda hæc 5. primum Iuſtitia, imaginabuntur puellam clauſis oculis & manibus truncatam. ſecundum ſit culex, imaginabuntur ingentem culicum aceruũ. Tertium ſit diſcipulus, imaginabuntur nudas a præceptore nates verberibus excipi, &c. certum eſt hoc præceptum vtiliſſimum eſſe in numero imperatorum, regum, pontificum, regnorum, ordine retinendo, ob quam cauſam admirabilis habitus fuit ante paucos annos in publicis concionibus religioſus pater *Humblot* minimus.

Præceptum quintum pro locis (quo præcepto Italis admirabilis habitus ob memoriam concionator *Paligarola*) conſtitui debet Alphabetum aut vrbium, puerorum, aut virorum, aut puellarum,

aut artificum. Sed quale conſtituas alphabetum homines illi tibi debent eſſe notiſſimi (nec alia ars eſt Aduocati illius *Alari* quem pariſiis tanti, fecerunt) Sed pro quauis litera ordine vocaliũ debent eſſe quinque vocabula. Sicut enim docentur pueri hoc modo ba, be, bi, bo, bu. Ita in litera 25. collocabunt hæc 5. vocabula nota Barbara, Benedictus, *Binetus*, Bocardus &c. Ideoque centum & decem erunt loci ſi proquauis littera latina ponantur quinque vocabula. Hæc res vtiliſſima eſt pro rebus & materiis perpetuo retinendis minimum vt cuicunque vocabulo ſiue homini noto committas rem quam adiſcere cupis habita aliqua ſimilitudine v. g. Barbaro committas iuſtitiam quia barbari non ſunt iuſti. Benedicto committas v. g. ſcientiam quia nemo bene dicet niſi ſit ſciens.

Præceptum ſextum, oportet pro locis ſumerre partes corporis proportione & ſimilitudine obſeruata rerum cum partibus corporis v. g. concionator primum punctum vt vocant in capillis. Secundum in fronte. tertium in oculis &c. collocabit v. g. primum punctum ſit

de virginitatē, certe eſt aliqua proportiō cum capillis venuſtis. Secundum verecundia eſt aliqua proportio cum fronte.

Præceptum ſeptimum, oportet materiam partibus corporis ita applicare vt ſecundum ordinē alphabeticum partium corporis omnia redigantur. literæ igitur partium corporis ſignificantur vocabulis partium corporis. Hoc modo *Auris*, *Brachium*, *Capilli*, *Dentes*, *Epar*, *Frons*, *Genæ*, *Humeri*, *Inteſtina*, *Lingua*, *Manus*, *Naſus*, *Oculi*, *Pedes*, *Caput*, *Rachis*, *Sura*, *Tibia*, *Vngues*, &c. Ergo de quacunque re loquendum ſit: fac vt à qua litera incipit, locum habeas pro memoria eam partem corporis qua à ſimili litera incipit. & vt facilius retineas, inuenias aliquam ſimilitudinem inter materiam illam & partem v. g. ſit de cœlo loquendum, locus erit recordationis capilli quia cœlum ab eadem litera incipit; ſit de virtute loquendum, locus recordationis erit vnguis: iam autem facile propter aliquam ſimilitudinem partium & rerum quas tractaturus es inuenire licet.

CAPVT III.

De Artibus & Scientiis Contrahendis.

VTiliſſimum præceptum propoſuit Hyppocrates, Ars inquit longa, vita breuis, ergo oporteret omnes ſtudere vitæ producendæ & artibus contrahendis vt ſic aliquo modo vita noſtra & Artes æquarentur. iamuero nullus eſt qui poſſit conſtitutos a Deo vitę terminos vel momentum producere: ſtudendum ergo eſt artibus & tam prolixis præceptis coarctandis. Et tamen & hac & veterum ætate omnes ſtudent amplificationi artium longis commentariis, magnis quæſtionibus, nouiſque difficultatibus; imo quod dolendum eſt, noui illi ſcriptores aut potius excriptores tātum tranſcribunt & innumeras (vt ingentia videantur edidiſſe volumina) ineptias adiungūt. Sic autem remedium adhiberi poteſt.

Præceptum primum, oportet artem ad ſua Principia reuocare; cuiuis enim

Arti & Scientiæ ſua ſunt principia, tanquam radices. & certe vt radices paucæ, innumeri autem rami & fructus, ita pauca ſunt principia artium, innumerabiles autem concluſiones quas ediſcere nimis longum eſt. ſed qui principia nouit facile per diſcurſum concluſiones habebit. Principia autem ſunt hæc. primum eſt ſubiectum. Secundum eſt cauſæ & principia ſubiecti. Tertium ſunt ſpecies & partes ſubiecti. De his principiis primo oportet diuiſionem noſcere, ſecundo definitionem partium diuiſarum, tertio axiomata ſeu principia generatia ſeu hypotheſes, quę omnia in paruo ſũt numero exemplum proponam de Phyſica: ſubiectum Phyſicæ eſt corpus mobile. Corpus habet has ſpecies: vel eſt ſimplex vt cœli & elementa: vel eſt mixtum, & ſi non ſit viuens, eſt meteorum vel minerale. Si ſit viuens, eſt vel planta, vel brutum, vel animal. corporis principia & cauſæ per diuiſionem ſunt priuatio, materia, & forma, finis. efficiens. Iam de iſtis omnibus oportet difinitionem nouiſſe: tandem ſunt pauca axiomata generalia, vt natura nihil facit fruſtra: natura facit optimum quod poteſt.

Præceptum 2. oportet tantum præſtantiores & probabiliores auctorum opiniones perſequi. Stultum enim foret omnia perſequi quæ omnes de aliqua re dixerunt.

Præceptum tertium, non oportet circa facilia eſſe occupatum, quia Ars & virtus circa ardua occupantur.

Præceptum quartum non oportet aliena immiſcere. Hinc ſi ex logica auferas quæſtiones metaphyſicas, dimidiato tempore facilus docebitur logica.

Præceptum quintum, quod omnino vtiliſſimum eſt ſumatur is auctor qui primus aut princeps de illa Arte ſcripſit, v. g. Ariſtoteles de Philoſophia: iam ordine temporum quo vixerunt illi qui de Philoſophia ſcripſerunt legantur. Et ſi quid noui dicant notetur. Si vero tantum repetant quæ priores dixerunt, prætermittatur. Sed hoc operoſum eſt & non niſi rege dignum opus: ſed tantum hoc modo vno libro vniuerſa haberemus quæ de aliqua Arte ſcripta ſunt, & nemo auderet aliquid ſcribere niſi nouum & veteribus indictum.

Præceptum ſextum diligentiſſime no-

tandum contra academiarum & profeſſorum hoſtes ſi enim accuſant a nobis ea doceri longiſſimo tempore, quæ paucis diebus aut menſibus æque benè doceri poſſent. Itaque eſt quadruplex methodus docendi, vna per diuiſionem & Analyſim atque adeo compoſitionem quia diuidendo ſemper componimus, reſoluendo autem non componimus. Alia eſt per definitionem, & per axiomata eorum quę diuiſimus & reſoluimus. Tertia per concluſiones pręcipuas illatas de diuiſione, definitione, & axiomatibus. Quarta eſt vt omnia penitus quę de obiecto ſcientiæ aut artis dici poſſũt diſcantur. per primam methodum, logica doceri poteſt 2. horis: per ſecundam, non poteſt doceri niſi 10. diebus. Per tertiam, non poteſt doceri niſi 2. menſibus. Per quartam, non niſi vno anno v. g. prima methodus v. g. de vniuerſalibus hæc eſt: vniuerſale diuiditur in quinque ſpecies; genus, ſpeciem, differentiam, proprium & accidens, vniuerſale reſoluitur in ſecundas partes; ſcilicet in primam intentionem, & in ſecundam intentionem. Secunda methodus eſt, vt omnium iſtorum

definitiones tradamus & axiomata. Tertia methodus eſt, vt queſtiones quas hodie in ſcholis tractare ſolēt doceamus. Quarta eſt vt omnia quæ de vniuerſalibus quæri poſſunt ſciamus. prima methodus non requirit quartam horę partem, ſecunda methodus requirit duas horas: tertia methodus 15. dies: quarta methodus duos menſes: quod ideo notandum eſt, quod plures Academiarum, publicum morem improbent, ſed male.

CAPVT IV.

Qua ratione ex tempore de hominis moribus iudicare poſſis, de quouis termino Syllogiſmos in quatuor figuris efficere, de quouis termino oratione continua diſſerere.

PRæceptum primum de iudicio ferendo, ideo non eſt negligendum, quòd ſæpè nobis cum hominibus ignotis conuerſandum ſit, vt ſaltem ex his notis præcauere poſſimus. conſiſtit in ſequentibus. Si quis te accedat, omnia circumſpiciat, huc illucque oculos circumferat, is eſt curioſus, nec res ſuas bene tractat, quia pluribus intentus eſt.

Si quis te accedat & vix quaſi ſalutato ſedeat, quietuſque maneat, is anxius eſt & moroſus & ſui cōmodi rationē habet.

Si quis te accedat & ſtatim incipiat tractare libros, aut aliqua alia, temerarius eſt & conſilii impos.

Si vero à latere dextro ſedeat, temerarius eſt.

Si verò à tergo, triſtis & fallax.

Item ex veſtitu variegante, inſolente, triſti, læto, coloribus, geſtu, ingreſſu, mores coniicere licet ſimiles, præſertim verò ex ſermone: nam ignauiſſimi ſunt qui libenter & ſæpius de epulis loquuntur; deinde ignaui, qui de rebus venereis, de ornatu, de rixis, vt eſt conſuetudo feminarum. Diſſimulatores vero ordinario de religione, & de diuinis loquuntur. Probi autem de honore: optimi vero de virtute. Sed qui ſunt ſolertes & cauti ſæpe ſermones mutant, ne de illis iudicium ferre poſſis.

Præceptum ſecundum conſtruendi ſyllogiſmum de quacunq; propoſitione aut termino in quatuor figuris licet neſcias pręcepta figurarum. Notanda ſunt igitur quatuor vocabula *ſub*, *non*, *&*, *de*.

proponatur ergo hęc prępoſitio, homo eſt animal, aut, Gallus eſt fortis. In prima figura facies ſyllogiſmum, cum aliquid aſſumpſeris quod ſub nomine Galli continetur, v. g. Pariſinus, hoc modo, omnis Gallus eſt fortis, Pariſinus continetur ſub nomine Galli, ergo eſt fortis. In ſecunda figura vide quid contrarium ſit forti, ſiue quid non ſit forte, & ſic concludes, omnis Gallus eſt fortis, Anglus non eſt fortis, ergo non eſt Gallus. In tertia figura coniunges aliquod epithetum, ſeu adiectiuũ hoc modo: omnis Gallus eſt fortis, omnis Gallus eſt magnanimus, ergo magnanimus eſt fortis. In quarta figura, vide quid de poſteriore termino poſſit prędicari, & ſic concludes: omnis Gallus eſt fortis, ſed fortis pericula non timet, ergo Gallus pericula non timet.

Præceptum tertium apprime vtile concionatoribus, aduocatis, aut aliis qui ex tempore aliquam habent orationem non præmeditati, & quo præcepto admirabilis habitus eſt iam regnanti ſummo Pontifici aliquis Dominicanus qui cum deberet coram collegio Cardinalium concionari, petiit à ſummo Pon-

tifice vt thema daret concionis, quo dato ex tempore omnibus admirantibus concionatus eſt. Præceptum autem eſt per ſecunda inſtrumenta Dialectica, ſcilicet ſimilitudinem & diſſimilitudinem omnium rerum, omnis enim res alii eſt ſimilis & diſſimilis propter analogiam: itaque de quacunque re, ſiue termino ſimplici ſi tibi diſcurrendum, accipe aliquem verſum notum v. g.

Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris,

Iam ſit mihi diſcurrendum de Deo, de femina, de diabolo, de literis. Statim, præſertim ſi aliquis habet aliquã cognitionem rerum ſeſe offerunt ſimilia v. g. *Omnia grauia bella ferme ſunt pro religione & Deo.* Item maximorum bellorum cauſę fuerunt mulieres, vt Helena, & Penelope. Iam ſimilitudo eſt inter virum & Deum, ſeruire enim Deo regnare eſt, iam de feminis conſtat, vinum & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes. Debẽt autem ſimilitudines iſtæ conſiderari quod vetus teſtamentum nihil aliud ſit quam ſimilitudo & figura noui, vt hodie qui totum Plinium, vt vocant, moralizant. In hoc tota Ars fuit Aduocati il-

lius Alari, & hodie ferme omnes concio-
nes in iſtis conſiſtunt præceptum enim eſt
omnium facillimum,& vtiliſſimum.

CAPVT V.

*Præcepta imitandi Auctores & reſol-
uendi.*

PRæceptum primum de imitatione Auctorum præſupponit aliquem nouiſſe illam linguam in quam Auctorem imitari vult. Duplex autem eſt imitatio, vna Grammatica & Rhetorica, alia Dialectica: Grammatica & Rhetorica conſiſtit in duobus. Primò vt eoſdem tropos & figuras adhibeamus, quod facillimum eſt. Secundò, vt eandem verborum ſtructuram ſiue ſyntaxim adhibeamus, quod ita facile eſt, vt nemo mortalium dignoſcere poſſit quænam oratio ſit Auctoris an tua. Dabo duo exempla. Primũ eſt in quo imitor Tacitũ. Secundum in quo Lipſium, iudicetis,

quænam ſit periodus Taciti ? quæ mea hocmodo: ſtruebat iam fortuna in diuerſa terrarum parte initia imperio. Iam alia periodus eſt, parabat iam fama in pleriſque regionum locis principia gloriæ. Iudicet aliquis quæ mea ſit, quæ Taciti periodus. Alterum exemplum, mi diſcipule, nullæ vſquam literæ tuis aut breuiores aut meliores fuerunt. Alia methodus, mi amice, nulla vnquam epiſtola aut gratior aut grauior fuit. Nemo eſt qui iudicare poſſit quę mea ſit, quæ Lipſii periodus. In verſibus idem fieri poteſt v. g. Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus. De Diuo Michaele ſic aliquis canat,

Bella, ducemque cano cœli qui primus ab aula,
Luciferum bello victor, &c.

& quod Virgilius ait,

Multum ille & terris iactatus & alto,

Ego de Ariſtotele dicam,

Longe ille & terras emenſus & aſtra.

Imitatio Dialectica Rhetori etiam facilis eſt, ſcilicet vt videamus à quo loco Auctor argumentetur nos ab eodem argumentabimur in diuerſa materia.

Præceptum ſecundũ de Analyſi, ſiue de reſolutione librorum per quam ea quæ au-ctor 100. paginis ſcripſit in 10. pagellas contrahere poſſumus id quod mihi experto præſertim in Galeni libris credere poteſtis. Omnis liber, exceptis hiſtoriis & fabulis, aliquam queſtionem probat, aut improbat v. g. omnes Gallos eſſe fortes, ſiue de Gallorum fortitudine aliquis auctor ſcripſit. Tantum duobus modis hoc probare poteſt vel per inductionem, ſeu exempla, vel per ſyllogiſmum ſeu rationem. Iam exempla quæ multis affert hoc modo reſoluenda ſunt, v. g. probat eſſe fortes inductione longa facta per Reges, Equites, milites, &c. Sic reſolue & nota, ſeu exſcribe, ſeu compendium fac, Galli ſunt fortes propter Reges propter Equites, milites, & ſic ordine omnia exẽpla, ſi vero ratione probat tantum debes habere duo capita ſeu duas propoſitiones: quarum vna eſt de vno termino v. g. de Gallis, alia propoſitio de fortibus: iam quidquid dicet de fortibus collige in vnum locum. v. g. fortes ſunt qui pericula adeunt, pro Rege moriuntur, ſuis ſtipendiis militant, & ſic ordine omnia: alia

propoſitio

propoſitio eſt de alio termino, ſcilicet de Gallis. Quicquid ergo de Gallis dicit ſeu prædicat, id in vnum locum congere, v.g. Galli exteros vicerunt.

CAPVT VI.

De locis communibus inſtituendis ex præceptis Artis.

OMnis noſtra cognitio, Philoſophiaque duplex eſt, vna rerum ſiue effectuum hiſtorica. Altera rerum, ſiue cauſarum, ſiue per cauſas ætiologica.

Omnis noſtra cognitio eſt ex artibus & ſciẽtiis, pariterque de Artibus & Scientiis. Artes omnes actionem aliquam opuſque docent. Scientiæ vel ſunt ſpeculatrices, vel vt vocant, practicæ.

Ergo Dialectica docet quæ de artibus & ex artibus, quæ de ſcientiis, & ex ſcientiis connotari debent, ſiue quomodo loci communes ſint inſtituendi.

In locis communibus libri primo, deinde capita ſeu tituli in illis libris ſpectantur. Tertiò quænam circa quemuis

tentia nimirum, opes, & opera. Nihil autem hîc adnotandum quod non tibi, aut aliis admirabile videatur.

Secundus autem liber continet omnes ritus, ſeu quod vocant Antiquitates ſacras, publicas & priuatas.

In titulo de literis ſacris ordine literarum Alphabeti, notabis Deorum nomina, & cuiuſuis nomina inſignia, Numina, cultus, Sacerdotes, ſacrificia, ceremonias, & verba ſolennia. In titulo do ritibus priuatis, notabis ordine Alphabetico, v.g. funera, nuptias, ludos.

Tertius liber tractat mores, & Reſpubl. Sunt autem pro moribus tres tituli. Primus continet bona fortunæ, vt diuitias, honores, famam. Secundus continet bona corporis, v.g. robur, ſanitatem, pulcritudinem. Tertius continet bona, malaque animi, vt ſunt facultates, animi paſſiones, virtutes, & vitia ordine Alphabetico.

Pro ſcientiis ſpeculatricibus etiam ſunt tres libri. Primus tractat de ſpiritibus tam bonis, quàm malis. Secundus de natura, cuius ſunt hi tituli, de Mundo, de Cœlis, de Elementis, de Meteoris

ordine literarum , de mineralibus, de plantis, de animalibus, omnia ordine literarum, de Homine. Tertius liber eſt de quantitate ſeu Mathematicis , & hi ſunt tit uli, Numerus, Linea, Superficies, Corpus, tempus , Locus Figura.

Quid vero in iſtis libris notandum ſit, hoc eſt præceptum primum, varia rei nomina & ſignificatus, ſecundum auctorum opiniones ſeu ſententias; ſpectantes aliquid ex his , quatuor ſcilicet, Primũ vbi, quãdo, & quomodo res exiſtat. Secundum, quidnam res ſit. Tertium, quos habeat effectus, Species. Quartum quas habeat cauſas: vltimo tandem notandæ ſunt ſimilitudines, & diſſimilitudines.

CAPVT VII.

Prædicamentorum vſus, vel in differendo, vel in locis communibus, vel in ſcribendis libris.

CErtum eſt in vniuerſa Dialecticā nihil eſſe vtilius ad diſcurrendum, ad exſcribendum in locos communes, ad componendos libros ipſis Categoriis.

Tantum hoc præreqruiritur, vt aliquis noſcat in quo prædicamento res aliqua ſit, ideoque vt ipſius genus, & ſpecies noſcat, v. g. virtus eſt in prædicamẽto Qualitatis, ipſius ſpecies ſunt prudentia, Iuſtitia, &c. Secundò prærequiritur; vt aliquis ex compendio Logico præcipuas ſpecies hoc modo, noſcat.

In *Subſtantia* ſunt ſpecies, Deus, Angeli, Cœli, elementa, meteora, & mineralia, plantæ, animalia, & homo.

In *Quantitate* eſt magnitudo rerum, ſiue, ſiue ſecundum longitudinem, ſiue

profunditatem, ſiue ſecundum tempus & durationem, item omnis rerum multitudo.

In *Qualitate* continentur rerum diſpoſitiones, virtutes & vitia, atque adeo facultates naturales rerũ, Item obiecta ſenſuum, vt color, odor, ſapor, &c. Item paſſiones animi, & tandem variæ rerum figuræ, & formæ.

In *Relatione* ſunt omnes comparationes, ſimilitudines, diſſimilitudines, paritates, &c.

In *Actione* & *Paſsione* ſunt omnia conſilia, omnia dicta & facta.

In *quando* reperitur quando res ſit, quando generetur, moriatur, & quando ſit.

Vbi verò & *Situs* oſtendunt in quo loco, & quonam poſitu res ſit.

Habere ſignificat omnem ornatum, omniaque ea quæ circa rem inueniuntur.

Hoc ergo etiam modo hiſtoria ſcribi poteſt de aliquo, nempe per omnia prædicamenta; & ſic facillimè etiam longiſſima retinere potes.

Pariter ſi in locum communem aliquid

referre velis ſecundum hunc ordinem, facies. Quidquid enim de aliqua re ſcribi aut dici poteſt, id omne pertinet ad aliquam ex Categoriis v. g. de homine poſtquam notata eſt ipſius definitio, variaque genera notandum eſt ſecundum quantitatem, de magnitudine Gigantea, de pygmeis. Item ſecundùm qualitatem varii colores, virtutes, & formæ monſtro ſimiles, & ſic ordine per reliqua Prædicamenta.

Certè ſi hoc attentius conſideres, omnium omnino vtiliſſimum eſt præceptum.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Præcepta continet ordinandi Bibliothecas, iiſque cum fructu vtendi.

TAnti hæc res eſt momenti, vt Ariſtoteles auctor ſapientiæ humanæ idem fuerit: primus auctor Bibliothecarum inſtruendarum & ordinandarum præſertim cum ordo & ſcientiæ & memoriæ ſit parens.

Eſſe Bibliothecas conſtruendas hinc patet. Homo conſtat anima & corpore, cum homo obit, corpus perit, & anima abit: ergo pictura, ſculptura, &c. corporis imaginem conſeruant: mentis autem imaginem ſoli libri.

Qui autem libri ſunt Bibliothecis neceſſariis.

Reſpondeo omnes de quacunque arte ſcripſerunt, vel ſi hoc nolis, ſaltem illi qui de præſtantioribus ſcientiis & artibus ſcripſerunt. Quod ſi nec hoc velis,

ſaltem illi qui de eo ſtudio & arte cui das operam, & quam profiteris, ſcripſerunt, ſiue quamcumque illius partem.

Reſpondeo ſecundo, in quacunque nobiliore ſcientia quinque ſunt genera librorum neceſſariorum, primi ſunt inuentores Artium, deinde inuentorum & auctorum commentatores porrò controuerſiæ. Ad hæc impugnatores artium & ſcientiarum tandem nouatores, qui antiquis reiectis, noua, & inaudita proponunt.

Sed quotnam libri habendi.

Reſpondeo, cum legere non poſſis quantum habeas, ſatis eſt habere quantum legas ipſe vel cum ſociis, de qua re mox.

Quænã eſt collocatio & ordo neceſſarius? Reſpondeo in 1. ordine artium auctores ordine literarum alphabeti ſunt collocandi v. g. quæ de rhetorica ſcripſerunt in litera. R. qui de anatomia in litera A. ſiue ſint tabellæ artium ſecundum literas Alphabeti. In illis tabellis Auctores ordine literarum collocentur v. g. in Tabella R. eſt Rhetorica. Iam

ordine Alphabetico Auctores Rhetorices collocentur.

Reſpondeo 2. In ſcientiis hic eſt ordo: primò collocentur Auctores ſcientiarum: ſecundò ipſorum commentatores ordine ſæculorum. Tertiò controuerſiæ. Quartò impugnatores. Quintò nouatores, non ordine Alphabetico, ſed ordine ſæculorum quibus vixerunt. In quacunque lingua ſcripſerunt, ſic fieri poteſt, habendi ſunt quocunque genere dicendi ſcripſerint. Tandem particulæ ſcientiarum ordine Alphabetico ſunt collocandæ, v. g. ſi quis ſcripſit, tantùm de anima in litera A, ſi de cœlo in litera C, &c.

Quod ii ſint Auctores qui Micellanea ſcripſerint, in vnùm locum ſunt coniiciendi, indice appoſito rerum Alphabetico de quibus tractant?

Sed quomodo Libri boni inueniendi & diiudicandi.

Reſpondeo hoc fieri primò, ſi cum doctiſſimis illius ſcientiæ colloquaris, & præſertim amicis, eorumque iudicium petas. Secundò ex Catalogo, & Indicibus librorum in magnis Bibliothecis.

Tertiò, ſi primos Auctores legas, & poſtremos tempore. Nam primi habent adiunctos commentatores primos: & hi ordinariè alios habent commentatores. Poſtremi verò ſi boni ſint Auctores ex quibus hauſerunt, citant qui emendi: & hi alios citant, donec tandem ad primos peruenias.

Quomodo cum fructu & breui tempore legendi?

Reſpondeo primò, vt cum ſtudiis ſtudiorum patiaris laborem, ita vt quiuis habeat quod legat, & deinde indicem faciat, ex omnibus autem indicibus fiat vnus generalis Index.

Reſpondeo ſecundò, non tamen cum fructu, ſed pauco cum ſumptu libri haberi poſſent, ſi v. g. duodecim, aut plures, paucioreſve diuites ad vnam Bibliothecam conficiendam conſpirent, ita vt vnus libros Philoſophicos, alter alter Theologos, alius medicos, &c. emat.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Primum præceptum, varia loquela loquendi.

REm præuiſam verba haud inuita legimus; Dialecticus, non tam eſt rationis, quàm orationis architectus. Et eadem eſt diuiſio rerum & verborum, iidemque loci, eadem ARS, ideoque præcepta variandi loquelam, ſiue gloſſam, vt vocant, tradere debet. Deinde pertinet ad Dialecticum præcepta tradere definiendi, diuidendi. Inter definitiones, aliquæ ſunt nominis, & nihil ſunt quàm gloſſæ, & loquelæ, ſeu phraſes: certè Virgilius & Cicero hac in re excelluerunt.

Præceptum generale eſt. variatio loquelæ, vel fit per eandem orationis partem, ſiue per eandem dictionem, vel fit per ſimilem, vel per diuerſam, nec aliter concipi poteſt.

Primum iam præceptum particulare eſt de variatione per eandem dictionem, quod fieri poteſt decem modis particulariter: tamen ferme quiuis modus plures ſub ſeſe complectitur. Sic igitur varianda eſt hęc loquela, v. g. Galli victores ſpiciunt & deſiderant, &c.

Primo igitur variatur per numerum, Gallus victor deſiderat. Secundo per per omnes caſus, Gallus victor deſiderat, Galli victoris deſiderium eſt, Gallo victori hoc deſideratur, Gallum victorem hoc deſiderium occupat. Nonne Galli victores hoc deſideratis? à Gallis hoc deſideratur. 3. cum idem nomen aut verbũ actiuè & paſſiuè, aut maſculinè, aut feminine datur, quod non ſemper tamen fieri poteſt, v. g. Gallus conſpicit, aut conſpicitur. Quarto per aliud tempus, vt prouincemus dicemus, Galli victores iam vincimus, aut vicimus. Quinto ſecundum alium modum, vt Galli vincent, Galli victuri ſunt, Gallis vincendum eſt. Sexto per aliam perſonam, vt Galli vicimus, aut Galli viciſtis, aut Galli vicerunt. Septimo per varias affectuum figuras, vt per interroga-

tionem, an non Galli vicerunt. Octauo per Ironiam, victi ſcilicet ſumus Galli. Per declamationem, dii boni quàm fortes ſunt Galli victores. Per admirationem, ô fortes Gallos victores, & ſic per omnes figuras. Octauo per repetitionem aut detractionem, aut appetitionem alicuius vocis, vt Galli vincunt, conſpiciunt, Galli vincant & conſpiciant; Galli vincunt, Galli conſpiciunt. Nono per negationem, & non ſunt Galli victi. Decimo per comparationem, aliter enim loquimur, cum dicimus, Arma, virumque cano, quàm ſi dicamus, ego & virum & arma cano.

CAPVT X.

Continens præceptum methodo Ariſtotelicæ ex tempore argumentandi.

HOc præceptum vtiliſſimum eſt iis qui vel imparati vel ex tempore, vel non aſſuefacti habent argumentari, ſiue in quæſtionis partem affirman-

tem aut negantem, atque adeo 13. aut 14. pluresque ſyllogiſmos proponere poterunt, & ita connectere argumenta, vt quantumuis paratus reſpondeas, ea non poſſis tollere.

Primum igitur res exemplo declaratur, deinde exemplo præceptum elicietur, ſit igitur hæc Theſis Logicam non eſſe artem.

Sic argumentor, quotieſcunque inferioribus omnibus conuenit aliquid, etiã conuenit & ſuperiori: ſed omnibus ſingularibus Logicis conuenit eſſe artem, ergo, &c.

Probatur minor. Singulares Logicæ ſunt Logica Ariſtotelis, Platonis, Rami: ſed iis conuenit eſſe artes, ergo &c.

Probatur minor. Cui conuenit definitio conuenit & definitum: ſed omnibus ſingularibus Logicis conuenit definitio artis: ergo, &c.

Probatur minor. Ars eſt collectio præceptorum: ergo conuenit definitio.

Probatur antecedens. Conuenit toti Logicæ, ſi definitioni & proprietati conuenit: ſed definitioni Logicæ cõuenit de-

finitio artis,ergo,&c.

Probatur minor. Logica eſt ars bene differendi: ſed arti bene differendi conuenit definitio artis, ſeu collectio præceptorum, ergo,&c.

Probatur minor. Logicæ omnes partes ſunt collectiones præceptorum: ergo & tota Logica.

Probatur antecedens. Partes Logicæ ſunt definitio, diuiſio, & argumentatio: ſed hæ ſunt collectiones præceptorum artificialium:ergo,&c.

Probatur. Definitio tradit regulas definiendi, diuiſio diuidendi: ergo omnes partes tradunt pręcepta.

Sed contra ſolutionem. Non eſt maior ratio,cur architectura, pictura, artes ſint quàm Logica.

Contra explicationem. Repugnat Logicæ id quod dicis, ſcilicet eſſe ſcientiam.

Probatur. Ex diuiſione eſt cognitio certa & euidens rei neceſſariæ:ergo,&c.

Ex hoc exemplo, primi ſyllogiſmi ſunt ex inductione, ſequentes duo ex definitione prædicati. Alii ſequentes à definitione ſubiecti. Alii per enumerationem partium.

partium. Penultimi à ſimilitudine; & tandem poſtremi per repugnantiam, vbi argumentū dilatari poteſt quāplurimū.

CAPVT XI.

Quid & quomodo Regibus, Principibus, Conſiliariis regni, iiſque qui Rempublicam adminiſtrant, ſtudendum.

RES, fateor ardua eſt, præſcribere Regibus leges: præſertim cùm nos nondum ſimus ad Reipublicę clauum admoti: nihilominus ex ipſis Dialecticæ viſceribus hoc eruendum eſt.

Primum præceptum eſt vt ſtudeant ſtudio diuitiarum comparandarū, quod ſtudium in hoc conſiſtit, vt noſcant reditus regni, quales & quanti ſint, vt ſi aliquid deſit adiungatur; ſi aliquid minus ſit, augeatur, Secundò, vt ſciant ſumptus, & impenſas regias, & vt ſi aliquid deſit, adiungatur; ſi aliquid ſuperuacaneum ſit, tollatur: quod vnum maximè

notandum, quia æquè benè diteſcent detrahendo de ſumptibus, ac amplificando reditus. Hanc cognitionem vt comparent Reges, debent nouiſſe rationem priuatorum hominum, qui non tantum augent patrimonium adiiciendo: ſed alia ratione, detrahendo de ſumptibus. Item vt cognoſcant quomodo aliæ gentes publicos ſuſtineant, & augeant ſumptus.

Præceptum ſecundum, ſtudeant ſuarum regionum Geographiæ, ſiue Chorographiæ, & duo hîc debent ſcire, primò regni fines ſeu extremitates, vt quæ loca cuſtodiri debeant contra inimicos, aut exteros, quomodo muniri, quo numero militum: & ſecundum eſt vt ſciant quantus numerus ſit regnicolis alendis, ita vt agrum noſcant, quibus abundet & quarum rerum ferax ſit, & quanam re indigeant incolę, vt ea exportentur quibus abundamus, & illa importentur quibus indigemus, vt ſcilicet eos exteros conſeruemus qui nobis neceſſaria ſuppeditare poſſunt, aut in quorum regiones res quibus abundamus exportare poſſimus.

Tertium præceptum, vt ſtudeant bello & paci. Hoc ita fiet cum cognouerint ærarii facultates, militum copiam & peritiam, quos ſocios habeant, quos amicos, quos ſtipendiarios, quæ arma. Secundo vt noſcant bella quæ aut ipſi geſſerint, aut hoſtes cum quibus bellandum, an ſuperiores, an inferiores fuerint. Item bella finitimorum ſimilia noſcenda, quem euentum habuerint. Tertio cum quibus pax ſit inſtituenda, ſcilicet cum potentioribus; in noſtra autem ſit parte cum æqualibus aut inferioribus bellum gerere.

Quartum præceptum, vt ſtudeant Politicæ, & Legibus, non quidem Iuris priuati, ſed Iuris publici, quibus Reſpublica conſeruatur. Hoc vt ſciant, debent nouiſſe formam ſuæ Reipublicę quomodo conſeruetur, & quomodo corrumpatur, ſcilicet ſi nimium Regum potentiæ attribuatur, aut nimium detrahatur: cognoſcent autem hoc ex iis libris, qui de moribus gentium, legibus & actionibus ſcripſerunt.

Google

CAPVT XII.

Quomodo viro docto, & quid ſtudendum.

PRimo, lectio nunquam ſit ſolitaria, ſed ſemper ſocio audiente: is tibi repetat quod notatu dignum: pariter viciſſim ipſe legat, tuque, quid tibi notatu dignum repetas.

Secundo ſemper eſt adeundus, aut audiendus aliquis de ea re cui operam damus, vt ſic memoria renouetur.

Tertio oportet ſemper aliquem habere quem iis quæ docti ſumus inſtruamus: ſi quid obſcurum, nec intellectum occurrat, non debet te remorari.

Quinto, ſi aliquid ſcripturus es, famam prius explora nomine ſuppreſſo, vel prius alios doceas, vt iudicium inde noſcas.

Sexto, tria potiſſimum deſiderant viri docti, linguas ſcilicet, res & rerum ac-

dentia. Vt ergo linguas, & memoriam conſeruemus, frequentiſſimæ ſunt inſtituendę colloquutiones. Vt res apprime noſcamus, in primis diſputandum & differendum eſt. Tandem vt accidentia ipſa rerum melius, rectiuſque noſcamus, ſæpiſſime eſt contemplandum.

CAPVT XIII.

Per Prædicamenta Pythagorica differendi præceptum.

Pythagoras auctor Philoſophiæ rerum omnium decem ſtatuit prædicamenta. Sunt decem ordines, & claſſes: ita tamen vt in vnoquoque ordine contineantur contraria: ordines autem iſti ſunt.

Vnum & plura, bonum & malum, lumen & tenebræ, motus & quies, maſculinum & femininum, dextrum & ſiniſtrum, pār & impar, quadratum & altera parte longius.

ordine Alphabetico Auctores Rhetorices collocentur.

Reſpondeo 2. In ſcientiis hic eſt ordo: primò collocentur Auctores ſcientiarum: ſecundò ipſorum commentatores ordine ſæculorum. Tertiò controuerſiæ. Quartò impugnatores. Quintò nouatores, non ordine Alphabetico, ſed ordine ſæculorum quibus vixerunt. In quacunque lingua ſcripſerunt, ſic fieri poteſt, habendi ſunt quocunque genere dicendi ſcripſerint. Tandem particulæ ſcientiarum ordine Alphabetico ſunt collocandæ, v. g. ſi quis ſcripſit, tantùm de anima in litera A, ſi de cœlo in litera C, &c.

Quod ii ſint Auctores qui Micellanea ſcripſerint, in vnum locum ſunt coniiciendi, indice appoſito rerum Alphabetico de quibus tractant?

Sed quomodo Libri boni inueniendi & diiudicandi.

Reſpondeo hoc fieri primò, ſi cum doctiſſimis illius ſcientiæ colloquaris, & præſertim amicis, eorumque iudicium petas. Secundò ex Catalogo, & Indicibus librorum in magnis Bibliothecis.

Tertiò, ſi primos Auctores legas, & poſtremos tempore. Nam primi habent adiunctos commentatores primos: & hi ordinariè alios habent commentatores. Poſtremi verò ſi boni ſint Auctores ex quibus hauſerunt, citant qui emendi: & hi alios citant, donec tandem ad primos peruenias.

Quomodo cum fructu & breui tempore legendi?

Reſpondeo primò; vt cum ſtudiis ſtudiorum patiaris laborem, itavt quiuis habeat quod legat, & deinde indicem faciat, ex omnibus autem indicibus fiat vnus generalis Index.

Reſpondeo ſecundò, non tamen cum fructu, ſed pauco cum ſumptu libri haberi poſſent, ſi v. g. duodecim, aut plures, paucioreſve diuites ad vnam Bibliothecam conficiendam conſpirent, ita vt vnus libros Philoſophicos, alter alter Theologos, alius medicos, &c. emat.

CAPVT IX.

Primum præceptum, variæ loquelæ loquendi.

REm præuiſam verba haud inuita legimus, Dialecticus, non tam eſt rationis, quàm orationis architectus. Et eadem eſt diuiſio rerum & verborum, iidemque loci, eadem ARS, ideoque præcepta variandi loquelam, ſiue gloſſam, vt vocant, tradere debet. Deinde pertinet ad Dialecticum præcepta tradere definiendi, diuidendi. Inter definitiones, aliquæ ſunt nominis, & nihil ſunt quàm gloſſæ, & loquelæ, ſeu phraſes: certè Virgilius & Cicero hac in re excelluerunt.

Præceptum generale eſt. variatio loquelæ, vel fit per eandem orationis partem, ſiue per eandem dictionem, vel fit per ſimilem, vel per diuerſam, nec aliter concipi poteſt.

Primum iam præceptum particularẽ eſt de variatione per eandem dictionem, quod fieri poteſt decem modis particulariter: tamen ferme quiuis modus plures ſub ſeſe complectitur. Sic igitur varianda eſt hęc loquela, v. g. Galli victores ſpiciunt & deſiderant, &c.

Primo igitur variatur per numerum, Gallus victor deſiderat. Secundo per per omnes caſus, Gallus victor deſiderat, Galli victoris deſiderium eſt, Gallo victori hoc deſideratur, Gallum victorem hoc deſiderium occupat. Nonne Galli victores hoc deſideratis? à Gallis hoc deſideratur. 3. cum idem nomen aut verbũ actiuè & paſſiuè, aut maſculinè, aut feminine datur, quod non ſemper tamen fieri poteſt, v. g. Gallus conſpicit, aut conſpicitur. Quarto per aliud tempus, vt prouincemus dicemus, Galli victores iam vincimus, aut vicimus. Quinto ſecundum alium modum, vt Galli vincent, Galli victuri ſunt, Gallis vincendum eſt. Sexto per aliam perſonam, vt Galli vicimus, aut Galli viciſtis, aut Galli vicerunt. Septimo per varias affectuum figuras, vt per interroga-

tionem, an non Galli vicerunt. Octauo per Ironiam, victi ſcilicet ſumus Galli. Per declamationem, dii boni quàm fortes ſunt Galli victores. Per admirationem, ô fortes Gallos victores, & ſic per omnes figuras. Octauo per repetitionem aut detractionem, aut appetitionem alicuius vocis, vt Galli vincunt, conſpiciunt, Galli vincant & conſpiciant; Galli vincunt, Galli conſpiciunt. Nono per negationem, & non ſunt Galli victi. Decimo per comparationem, aliter enim loquimur, cum dicimus, Arma, virumque cano, quàm ſi dicamus, ego & virum & arma cano.

CAPVT X.

Continens præceptum methodo Ariſtotelica ex tempore argumentandi.

HOc prçceptum vtiliſſimum eſt iis qui vel imparati vel ex tempore, vel non aſſuefacti habent argumentari, ſiue in quçſtionis partem affirman-

tem aut negantem, atque adeo 13. aut 14. pluresque ſyllogiſmos proponere poterunt, & ita connectere argumenta, vt quantumuis paratus reſpondeas, ea non poſſis tollere.

Primum igitur res exemplo declaratur, deinde exemplo præceptum elicietur, ſit igitur hæc Theſis Logicam non eſſe artem.

Sic argumentor, quotieſcunque inferioribus omnibus conuenit aliquid, etiã conuenit & ſuperiori: ſed omnibus ſingularibus Logicis conuenit eſſe artem, ergo,&c.

Probatur minor. Singulares Logicæ ſunt Logica Ariſtotelis, Platonis, Rami: ſed iis conuenit eſſe artes, ergo &c.

Probatur minor. Cui conuenit definitio conuenit & definitum: ſed omnibus ſingularibus Logicis conuenit definitio artis: ergo,&c.

Probatur minor. Ars eſt collectio præceptorum: ergo conuenit definitio.

Probatur antecedens. Conuenit toti Logicæ, ſi definitioni & proprietati conuenit: ſed definitioni Logicæ cõuenit de-

finitio artis, ergo, &c.

Probatur minor. Logica eſt ars bene diſſerendi: ſed arti bene diſſerendi conuenit definitio artis, ſeu collectio præceptorum, ergo, &c.

Probatur minor. Logicæ omnes partes ſunt collectiones præceptorum: ergo & tota Logica.

Probatur antecedens. Partes Logicæ ſunt definitio, diuiſio, & argumentatio: ſed hæ ſunt collectiones præceptorum artificialium: ergo, &c.

Probatur. Definitio tradit regulas definiendi, diuiſio diuidendi: ergo omnes partes tradunt pręcepta.

Sed contra ſolutionem. Non eſt maior ratio, cur architectura, pictura, artes ſint quàm Logica.

Contra explicationem. Repugnat Logicæ id quod dicis, ſcilicet eſſe ſcientiam.

Probatur. Ex diuiſione eſt cognitio certa & euidens rei neceſſariæ: ergo, &c.

Ex hoc exemplo, primi ſyllogiſmi ſunt ex inductione, ſequentes duo ex definitione prædicati. Alii ſequentes à definitione ſubiecti. Alii per enumerationem partium.

Digitized by Google

partium. Penultimi à ſimilitudine, & tandem poſtremi per repugnantiam, vbi argumentũ dilatari poteſt quãplurimũ.

CAPVT XI.

Quid & quomodo Regibus, *Principibus, Conſiliariis regni, iiſque qui Rempublicam adminiſtrant, ſtudendum.*

RES, fateor ardua eſt, preſcribere Regibus leges: præſertim cùm nos nondum ſimus ad Reipublicę clauum admoti: nihilominus ex ipſis Dialecticæ viſceribus hoc eruendum eſt.

Primum præceptum eſt vt ſtudeant ſtudio diuitiarum comparandarũ, quod ſtudium in hoc conſiſtit, vt noſcant reditus regni, quales & quanti ſint, vt ſi aliquid deſit adiungatur; ſi aliquid minus ſit, augeatur, Secundò, vt ſciant ſumptus, & impenſas regias, & vt ſi aliquid deſit, adiungatur; ſi aliquid ſuperuacaneum ſit, tollatur: quod vnum maximè

Digitized by Google

notandum, quia æquè benè diteſcent detrahendo de ſumptibus, ac amplificando reditus. Hanc cognitionem vt comparent Reges, debent nouiſſe rationem priuatorum hominum, qui non tantum augent patrimonium adiiciendo: ſed alia ratione, detrahendo de ſumptibus. Item vt cognoſcant quomodo aliæ gentes publicos ſuſtineant, & augeant ſumptus.

Præceptum ſecundum, ſtudeant ſuarum regionum Geographiæ, ſiue Chorographiæ, & duo hîc debent ſcire, primò regni fines ſeu extremitates, vt quæ loca cuſtodiri debeant contra inimicos, aut exteros, quomodo muniri, quo numero militum: & ſecundum eſt vt ſciant quantus numerus ſit regnicolis alendis, ita vt agrum noſcant, quibus abundet & quarum rerum ferax ſit, & quanam re indigeant incolę, vt ea exportentur quibus abundamus, & illa importentur quibus indigemus, vt ſcilicet eos exteros conſeruemus qui nobis neceſſaria ſuppeditare poſſunt, aut in quorum regiones res quibus abundamus exportare poſſimus.

Tertium præceptum, vt ſtudeant bello & paci. Hoc ita fiet cum cognouerint ærarii facultates, militum copiam & peritiam, quos ſocios habeant, quos amicos, quos ſtipendiarios, quæ arma. Secundo vt noſcant bella quæ aut ipſi geſſerint, aut hoſtes cum quibus bellandum, an ſuperiores, an inferiores fuerint. Item bella finitimorum ſimilia noſcenda, quem euentum habuerint. Tertio cum quibus pax ſit inſtituenda, ſcilicet cum potentioribus: in noſtra autem ſit parte cum æqualibus aut inferioribus bellum gerere.

Quartum præceptum, vt ſtudeant Politicæ, & Legibus, non quidem Iuris priuati, ſed Iuris publici, quibus Reſpublica conſeruatur. Hoc vt ſciant, debent nouiſſe formam ſuæ Reipublicę quomodo conſeruetur, & quomodo corrumpatur, ſcilicet ſi nimium Regum potentiæ attribuatur, aut nimium detrahatur: cognoſcent autem hoc ex iis libris, qui de moribus gentium, legibus & actionibus ſcripſerunt.

dentia. Vt ergo linguas, & memoriam conſeruemus, frequentiſſimæ ſunt inſtituendę colloquutiones. Vt res apprime noſcamus, in primis diſputandum & differendum eſt. Tandem vt accidentia ipſa rerum melius, rectiuſque noſcamus, ſæpiſſime eſt contemplandum.

CAPVT XIII.

Per Prædicamenta Pythagorica differendi præceptum.

Pythagoras auctor Philoſophiæ rerum omnium decem ſtatuit prædicamenta. Sunt decem ordines, & claſſes: ita tamen vt in vnoquoque ordine contineantur contraria: ordines autem iſti ſunt.

Vnum & plura, bonum & malum, lumen & tenebræ, motus & quies, maſculinum & femininum, dextrum & ſiniſtrum, par & impar, quadratum & altera parte longius,

rectum & curuum , *finitum & infinitum.* Omnia igitur ſub his principiis continentur.

Itaque tres potiſſimum ſunt ſcientiæ, Phyſica , Metaphyſica, & Mathematicæ: cum igitur aliquid diſſerendum eſt, ad aliquem ex illis locis eſt confugiendum : illæ tamen claſſes pertinent ad Metaphyſicam , poſteriores ad Phyſicam, poſtremæ ad Mathematicas.

Per vnum & plura , conſeruatio vitæ, & mores intelligi poſſunt , curuo & recto quod rationi conſentaneum , & diſſentaneum: per lumen & tenebras, cœleſtia, & terreſtria ; per maſculinum & femininum , maiora & minora : per dextrum & ſiniſtrum, quæ potentiora , & quæ minora ſunt.

Sit igitur v. g. de literis diſcurrendum quid boni & mali afferant, quid ad vitam aut mortem , quid ad cognitionem cœleſtium & terreſtrium, & ſic ordine procedendo conferant. Nemo eſt qui non dicere poſſit, aut cum locos communes amplificat , aliquid ad iſtos ordines pertinens ſcribendum erit.

CAPVT XIV.

Præcepta continens parabolarum & fabularum.

CErtum eſt ſimilitudines & parabolas multum conciliare & gratiæ & fidei: his vſus eſt Chriſtus Dominus, Æſopus, Iſocrates, Homerus, &c. Huius & Virgilii Fabula eſt: In ſimilitudinibus vniuerſa conſiſtit ratio hieroglyphicorũ.

Fabulæ aut ſunt Phyſicæ de natura rerum, vt eſt de Iride, Proteo Prometheo; vel ſunt morales de virtutibus, vitiis, moribus, bello, pace, &c.

Præceptum primum qui de re aliqua ſeu naturali, ſeu morali ſcripturus eſt videre debet pręcipuam aliquam ſub illa re contentam ſpeciem aut ſubiectum in quo potiſſimum talis res eluceſcat & ea omnia quæ de re dici poſſunt, adſcribere illi ſpeciei. Sic Homerus quæcumque de inſigni belli duce præcepta dantur, per Achillem expreſſit. Quæ ad Politicam ſpectant, Vlyſſi adſcribit. Sic Æſo-

pus, aſtutiam per vulpem : fidelitatem per canem; fortitudinem per leonem indicat. Et nos per apiculam ſtudium, per formicas prouidentiam indicamus. *Sit* exemplum. Pauo & gallina certarunt, quiſnam gratior hero eſſet pauo iactauit pulchritudinem pennarum, gallina vtilitatem ouorum. Tu verò pauo licet pulcrior, incuſtoditus vagaris noctu; ideóque, inquit, diligentiſſimè noctu cuſtodior quia gratior ſum propter vtilitatem. Tu verò pauo, licet pulcrior incuſtoditus vagaris noctu. Hinc fabula notat vtilitatem pulcritudini præferendam.

Præceptum ſecundum, ad parabolas oportet ſimilia intueri v. g. ſimiles ſpecies aut artes v. g. non oportet magiſtratus pecuniâ emere: idem enim eſſet ac ſi quis vellet habere non optimum, ſed ditiſſimum nautam ad vehendum.

CAPVT XV.

Præcepta diuiſionis methodo Ariſtotelica & Ramæa.

Diſtinctio eſt inter diuiſionem & partitionem: diuiſio enim fit in ſpecies aut quaſi ſpecies: partitio fit in partes ex quibus res conſtat.

Ergo partitio ſic fit vt aliquid in materiam & formam diuidatur: vt hominis vna pars eſt anima, alia corpus.

Diuiſio vero prima fit per analogiam vocabuli, vt hominum alius eſt verus alius pictus.

2. Fit per coniugata, vt hominum alius eſt humanus, alius eſt inhumanus.

3. Fit per ſubſtantiam ſiue quatuor cauſas, vt homo ratione materiæ alius eſt ex terra, alius ex ſemine. Ratione formæ vnus eſt perfectus, alius eſt monſtrum. Ratione finis vnus eſt felix, alius damnatus. Ratione efficientis, vnus eſt ab homine, alius à Spiritu ſancto, alius à diabolo,

4. Ratione quantitatis. Vnus eſt Gigas, alius Pygmæus.

5. Ratione qualitatis, vnus eſt liberalis, alius prodigus, vnus albus, alter niger.

6. Ratione relatorum. Vnus eſt Rex, alius ſeruus.

7. Ratione actionum. Vnus ſtudet alius militat.

8. Ratione paſſionis. Vnus à tortoribus, alius à conſcientia torquetur.

9. Ratione quando. Vnus aureo ſæculo, alius ferreo vixit.

10. Ratione vbi. Vnus in aqua, alius in terra degit.

11. Ratione Situs. Vnus ſtat, alius ſedet, alter cubat.

12. Ratione prædicamenti habere; vnus eſt togatus, vnus eſt palliatus.

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Continens præcepta perſuadendi extemporanea.

SVademus tantum ea quæ bona ſunt & quæ facilia ſunt: ſi bonum non eſt, ſuadendum non eſt. Et ſi bonum ſit, non tamen facile cuiquam perſuadebis.

Hi igitur ordine loci ſunt, id eſt bonũ,

Quod boni prudenteſque viri in aliqua arte laudant.

Quod omnes communiter laudant & approbant.

Pro quo aſſequendo multum laboris, aut multum ſumptus, aut multum temporis, iam inſumptum eſt.

Pro quo pugnare ſolent.

Quod pauci habent.

Quod tam inimici quàm amici laudãt.

Quod conuenit familiæ, facultatibus, ingenio, experientiæ.

Id quod multi pares aut ſimiles, aut in-

ferioreſ aſſequuti ſunt aut aſſequuntur.

Id quod habent illi quos admiramur.

Id cuius nunquam nimium eſſe poteſt, vt ſanitas, virtus, doctrina.

Id quod licet parum ſit paruumque, tamen ſi aliquis eo careret ab ipſo poſſet deſiderari.

Quod alicui proprium foret, ita vt in ſuo genere quaſi aliquis phœnix foret.

Id quod ſine labore magno & dolore poſſumus breui tempore aſſequi, vel ſi aliquis labor requiritur; bonum tamen maius eſt labore.

Quod amicis profuturum eſt, inimicis neutiquam profuturum, ſed moleſtũ.

Id quod non tantum boni & amici, ſed etiam mali & inimici laudant.

Id quod inimici nollent te habere.

CAPVT XVII.

Præcepta perſuadendi ordine alphabetico continens aliquid eſſe melius alio.

NIhil in hominum conuentu frequẽtius eſt diſſerere & deliberare,

Digitized by Google

quidnam melius ſit, inter duo bona, quia ſapientis & prudentis eſt ſemper bonum præſtantius ſequi & eligere.

Ergo ordine alphabetico ad commodiorem memoriam ita loci recenſendi ſunt.

Abſtracta ſpiritalia meliora ſunt concretis & corporalibus, vt iuſtitia, Deus, meliora ſunt quàm iuſtus aut mundus.

Bono ſimilius melius eſt, vt melior miles qui Cæſari ſimilior.

Communicabile cum amicis quàm non communicabile ſic ſcientia melior ſanitate. Item quod in gratiam amicorũ tantum faceremus, non autem propter alios. Item cauſſa efficiens præſtantior, vt ignis quam calor.

Diuturnius & conſtantius melius eſt, vt gloria diuitiis. Pariter difficilius melius eſt, vt ſcientia artibus.

Efficiens maius etiam melius eſt. Hinc diſputatio Phyſica melior quàm Logica. Item vbi nullus eſt exceſſus. Sic virtus melior voluptate.

Firmius eſt melius, vt ſcientia potiùs quàm forma.

Item honoratius, ſic præſtantior eſt

fortitudo quàm temperantia.

Quod iuſtis & prudentibus magis placet. Item doctis quàm indoctis, item quod rationales potius quàm irrationales appetunt.

Quod Legi potius, quam aliis hominibus.

Quod in meliori ineſt, ſic ſapientia melior quàm temperantia: illa etiam in Deo reperitur: item maxima pars rei melioris melior eſt.

Neceſſariis meliora ſunt, quę perfectiora ſunt, vt bene viuere, quàm viuere. Item cum aliquid negamus, vt alterum habere videamur: ſic melius eſt ingenium quàm ſtudium, quia negamus nos ſtudere, vt bono ingenio eſſe videamur. Item quod à natura habemus, quàm aliunde. Item quod in neceſſitate maiore prodeſt, vt literæ.

Omnibus vtile quàm aliquibus tantum.

Quod per nos potius quàm per alios comparare concupiſcimus: ſic amicitia melior diuitiis, quod propter ſe, quàm propter aliud concupiſcimus, quod nobis magis proprium eſt.

Quod per alium ſuppeditari nequit: ſic iuſtitia præſtantior fortitudine.

quod Rarius eſt quod à meliori ſcientiâ tractatur.

Quod ſemper quàm aliquando tantum prodeſt.

quod ſupra tempus, & ætatem eſt.

quod vtilius eſt ad plura, quod cum maiori eſt voluptate.

CAPVT XVIII.

Loci Dialectici redacti in ordinem, hactenus incogniti.

TOta Dialectica in locis conſiſtit. Ariſtoteles fermè ab omnibus improbatur tanquam & obſcurus, & in quo multa deſiderentur. Patrum memoria Petrus Ramus, Rodolphus Agricola reſtituere ſunt conati vniuerſos Dialecticæ locos, ſed ſine ordine, ſine ratione. Hoc modo igitur loci & clariſſimi & facillimi reſtituendi ſunt omnes.

Loci vel ſunt interni rei ipſi, & tantum

ſunt tres, ſcilicet nomen, ſeu etymologia, coniugata, & auctoritas, ſeu teſtimonia.

Vel ſunt interni, & in ipſa re, quocunque tandem modo. Hi igitur vel ſunt ante rem, vel in re, vel cum re, vel poſt rem.

Ante rem, ſunt efficiens, finis, generatio, omniſque præcedens diſpoſitio.

In re ſunt genus, differentia, materia, forma, definitio, diuiſio, conſeruatio.

Cum re, ſunt tempus, locus, & ſubiectum: deinde omnis ſimilitudo, & diſſimilitudo.

Poſt rem, ſunt proprietates, accidentia, effectus, operá, vſus & corruptio. Hoc modo omnia penitus comprehenduntur, præſertim ſi accidentia, vt ſupra dictum eſt, ordine Prædicamentorum diſponas.

CAPVT

CAPVT XIX.

Continet quamplurimas eiuſdem rei definitiones aut deſcriptiones.

PRimò, omnia abſtracta, ſubſtantiuaque, perconcretaque, adiectiuaque & verba deſcribuntur & per coniugata: qui modus conuenit omnibus ſimplicibus ſpiritalibus, vt ſubſtantia eſt ens per ſe ſubſiſtens, qualitas à qua nominamur quales, homo qui humanè agit.

2. eſt per etymologiam, vt homo eſt ab humo dictus.

3. per ſynonymiam, vt enſis idem eſt ac gladius.

4. per exemplum, vt homo eſt Gallus, aut Italus.

5. per aliquid Epithetum, vt Cicero eſt eloquentiſſimus Romanorum,

6. per Metaphoram, vt homo bulla, vmbræ ſomnium.

7. per ſimilitudinem, vt qualis eſt Deus in cælo, talis eſt homo in terra.

8. per relationem, vt homo eſt Dominus cæterarum rerum.

9. ex materia, vt homo eſt, qui ex terra factus eſt.

10. per formam, animam habet rationalem.

11. ab efficiente, vt homo à Deo factus eſt.

13 à differentiis, vt homo eſt homo, & per rationem à cæteris differt.

14. per partes, vt homo eſt, qui manus, &c. habet.

15. per proprietates, virtutes naturales, & effectus, aut accidentia varia, vt homo eſt, qui loqui, numerare, &c. poteſt.

16. per negationes perfecti, aut imperfecti, vt homo paulò minor Angelis, homo nec eſt quadrupes, nec auis.

CAPVT VLTIMVM.

Continet Artis Lullianæ *vſum in locis communibus, oratione continua, & in diſputando.*

NOta quatuor.

Primum eſt. In omni re reperiri, & ſpectanda eſſe hæc nouem abſoluta, ſcilicet, *bonitatem, magnitudinem, durationem, poteſtatem, ſapientiam, voluntatem, virtutem, veritatem & gloriam, ſeu quietem.*

Secundum eſt. In omni re reperiri & ſpectanda eſſe hæc nouem relata.

Differentiam, concordantiam, contrarietatem, principium, medium, & finem, maioritatem, minoritatem, & æqualitatem.

Tertium eſt de omni re licet differere, comparatione inſtituta cum iſtis nouem, in quibus omnis res aliquo modo reperitur, hęc nouem ſunt, *Deus, Angeli, ele-*

menta, plantæ, animalia, rationalia inſtrumenta, & artificialia.

Quartum in omni re ſpectandam comparationem cum iſtis virtutibus, ſcilicet, *Sapientia ſcientia, prudentia, arte, iuſtitia, fortitudine & temperantia.*

De quacũque re aliquis aliquid notaturus eſt, aut ſi velit differere, aut argumentari, poteſt per hos omnes locos faciliimè id præſtare.

Verbi gratia, ſi de homine aliquid velis notare aut etiam differere per omnia ſuperiora, id facies, verbi gratia, ſit laudandum ieiunium. Sic dices: Ieiunium eſt res bona, nec eſt ita magnum aliquãdiu abſtinere à cibis, & tamdiu ieiunandum, quamdiu imbecillitas id patitur: & certè ſapientes viri maximè ieiunant, vt poſſint virtutem aſſequi: & hoc modo per omnia procedes prædicata ſuperiora.

Iam vero ſit tibi argumentandum ex tempore: idem ſimili modo præſtabis ex hac ratione, verbi gratia, ſit theſis hominem eſſe immortalem.

Sic argumentor: Si homo eſſet immortalis, præcipuè boni deberent eſſe

immortales: ſed hoc non eſt, ergo, &c. Probo maiorem: Si boni eſſent immortales, potiſſimùm maximi, ſecundùm bonitatem; ſed hoc non eſt: ergo, &c. Probo: Si maximi eſſent immortales, plus durarent quàm alii, ſed non plus durant. Probo: Si plus durarent, haberent aliquam poteſtatem per quam diutiùs durare poſſent: ſed non habent. Probo minorem. Si haberent talem poteſtatem, ea præcipuè ſapientibus conceſſa foret: ſed hoc non eſt verum: & ſimili modo licet argumentari etiam imparatum.

EPILOGVS.

Hæc eſt via, ratioque diſcendi, docendi, eloquendi, ſcribendique, & probandi, aut improbandi, paucis quidem trita, fateor: attamen (Me quidem iudice) & breuiſsima & facillima ad omnem humanam notitiam. Si errauimus, condonabitis: primi enim in hoc docendi, ſcribendique genere verſamur. Si aliquid veſtro commodo dictum eſt, non id mihi auctori, ſed meo Auctori Deo, ſcilicet omnis ſapientiæ parenti, adſcribetis.

CLARISSIMIS MEDICIS PARISIENSIBVS,

MICHAELI DE LA VIGNE, RENATO MOREAV, ET GVIDONI PATIN.

Antonius Morand.

SI iuſtæ, vereque amicitiæ vetus eſt lex illa, vt idem amici ſemper velint, ſecundiſque numinibus eueniat, Optimos charitate concordi ſe complecti, & in publicas Studioſorum vtilitates irretiri vinculis inextricabilibus; obſtupeſcent Poſteri, Vos ad totius Reipublicæ literariæ decus & ſplendorem feliciſsimè natos, etiam ad ſummam & pa-

COMPENDIVM MEDICINÆ

AVCT. D. FREY MEDIC. PARIS.

Prolegomena, Nomen.

MEderi, medela, remedium, Medicus, Medicina, à medio dicitur ob has cauſas. Prima, quia medicamenta ſũt media inter alimenta, & venena: nec enim alunt, vt alimenta, nec delent vt deleteria, ſed purgant & immutant. Secunda, quia mederi mediis, id eſt, temperatis rebus oportet: extrema enim omnia ſunt naturæ inimica, ideoque remedium adhibetur in certa quantitate, gradu,

Digitized by Google

modo, & ratione certa. Tertia, quia Medicina eſt adiectio neceſſariorum, & detractio ſuperfluorum, ideóque medium obtinet, ne quid ſit nimis. Quarta, ſanitas quam Medicus efficit eſt in media proportione ſeu analogia humorum, & qualitatum. Quinta, quia ſanitas ſumma, periculoſa eſt, qualis eſt athletarum, ideò ad mediocritatem reducere oportet.

Nomina & ſignificatus Medicinæ, & Medici.

Medicus, primò eſt, qui medetur ſiue plātis, ſiue animalibus, aliis & vocatur Medicus veterinarius. Secundò, proprie is eſt Medicus qui homini medetur, & ſi tollat morbos animæ, ſcilicet ignorantiam, falſitatem & malitiam, vocatur Philoſophus: ideoque Philoſophia ab Hipp. vocatur germana Medicinæ, & in eodem Templo culta eſt: ſi verò tollat morbos corporis, propriiſſimè eſt Medicus.

Et quia mederi poſſumus ratione,

exemplo, & authoritate, qui medentur ſolo exemplo, & auctoritate vocantur Empirici; qui ratione tantum Methódidici, qui verò iſtis omnibus: propriiſſimè eſt Medicus, quem ſuſcipimus efformandum.

Eſtne aliqua Ars Medicinę?

Eſt, quia ſanat quæ nec fortuitò, nec à natura ſanari poſſunt, vt luxatos artus reſtituit, & vulnerum labra adducit.

Obiicies, Medicina nulla eſt, ſi nec omnes ſanet, nec omnes ſanandos ſuſcipiat, & ſi illi quos ſanandos ſuſcepit potius fortuitò curantur, aut æquè bene abſque Medicina multi curentur: hæc autem omnia vera ſunt: Medicina igitur Ars non eſt. Reſpondeo quod non omnes curet: primò non in imperitiã Medicorum, ſed in intemperantiam ægrorũ reiiciendum eſt: hi enim ordinariè non ferunt toleranter morbum, & ideò quæ grata morbo ſunt, aſſumunt; quæ verò Medicus præſcribit ingrata morbo negligunt. Secundò reiiciendum eſt aut

in morbi occultam naturam, eiuſque celeritatem, aut in inſcitiam ægri, & tarditatem: cùm enim morbi manifeſti ſunt, vt vulnera & tumores, facilè, & ſine errore curantur: ſed cùm morbus occultus eſt, & latet, indagandus eſt, atque interea ob vehementiam vires ſumit & peruertit Medicinam: æger verò, quia inſcius eſt, ea quæ opinatur, reſpondet, aut nimis tardè aduocat Medicum. Quod fortuitò curare dicunt: cur ergo ſe Medicis ſubmittunt: præſertim cum præceptis artis ſanitatem ſint conſecuti? Quod dicunt ſine Medicina multos curari, certum eſt eos curari, quia aliquid fecerunt, v.g. ſudarunt, ſeſe exercuerunt, aut quia aliquid non fecerunt, vt quia abſtinuerunt à cibo aut potu: hæc autem omnia Medicus præſcripſiſſet, aut habuerunt olim à Medico.

Quæ eſt materia, ſeu obiectum Medicinæ.

Obiectum materiale præcipuum, ſeu reductionis, eſt homo: cætera verò ſunt minùs præcipua, vt quæ tractantur de aëre, de plantis & animalibus, &c. propter hominem tractantur. Obiectũ formale eſt ſanitas, deinde morbus, & ſtatus neuter: nam eadem eſt diſciplina de oppoſitis: ſicut enim Dialecticus verum, tum, falſum, & neutrum, ſeu probabile tractat: ita cùm ſanitati morbus & ſtatus neuter ſit oppoſitus, de his Medicina tractat.

Forma.

Eſt ARS, ita Hippocrates, & Galenus: de rebus enim quas efficere poſſumus, artem eſſe Philoſophus monet, poſſumus autem efficere ſanitatem, ergo, &c.

Efficiens Medicinę.

Deus Adamo hanc infudit: Medicum enim creauit Altiſſimus, & Adamus plãtarum & animalium vires nouit, ſecundum naturam nomina indidit: nouit ergo Medicinam: deinde Ægyptii, qui vt excolerent Medicinam, cuiuis hominis parti, ſuum Medicum aſſignarunt.

F*inis Medicinæ.*

Primus eſt ſanitas: poſtremus eſt actionum corporis integritas, perfectio, & diuturnus vſus: ſanitatem enim propter actiones expetimus.

Quod officium Medici.

Appoſitè curare: non enim ſemper licet ſanare, tum quia natura iam victa eſt à morbo, tum quia morbus incurabilis eſt: ſicut Orator, & ſi non perſuaſerit, dummodo appoſitè ad perſuadendum dixerit, munere ſuo functus eſt.

Appoſitè curat qui citò, tutè & iucun-

dè remedia confert : citò quidem ; vt diuturnos morbos faciat breuiores, vel ſaltem obtundat : tutè, vt non tantùm ſymptomata curet, verbi gratia fluxum ſanguinis ſiſtat, ſed vt ipſam cauſam auferat : iucundè, vt non vim faciat naturæ, & ſaltem vt dolores ſedet.

Quid Medicina.

Primò definitur Theoreticè, *eſt ſcientia naturalium, non naturalium, & eorum quæ ſunt contra naturam* : naturalia conſtruunt & conſtituunt hominem, contra naturam deſtruunt & deſtruunt hominem, vt morbi : non naturalia benè vtenti bona ſunt, malè vtenti mala, vt cibus & potus. Secundò definitur practicè 1. à materia, *eſt ſcientia ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum*, id eſt, indifferentium: iterum à fine definitur, *ſcientia ſonitatis reſtituendæ, & præſentis ſeruandæ, & à morbis præſeruandæ.*

Quot ſunt Medicinæ partes?

Circa obiectum materiale, ſcilicet hominem, eſt Phyſiologia & Anatome: circa formale obiectum, ſcilicet ſanitatem, morbum, & ſtatum neutrum, id eſt, circa ſanitatem ὑγιεινὴ, id eſt, ſanatrix, cuius potiſſimùm tres ſunt partes, 1. pædotrophia, id eſt, nutricaria puerorum: ſecunda euectica, id eſt, procuratrix boni habitus: tertia eſt gymnaſtica, id eſt, exercitatrix. 2. circa ſtatum neutrum quadruplex eſt, vnus nempe decidentiæ, cùm nempe aliquis æger fieri incipit, & à priſtina valetudine decidit: alter eſt ſtatus conualeſcentiæ. Circa primum eſt prophylactica, id eſt præcautrix, & præſeruatrix: circa 2. Analeptica, id eſt reſtauratrix: ſub iis ambabus continetur Gerocomia, quæ curam ſenum habet: hi enim nec ſunt ſani, nec male habent. 3. Circa morbum duplex eſt pars, vna theoretica, alia practica, quæ vocatur Therapeutica.

Theoreticę partes ſunt Pathologia, id eſt, ſermo de morbis, ſeu morbidis affectibus

bus: 2. Aitiologia, id eſt, ſermo de cauſis morborum: 3. eſt Semeiotica, id eſt ſermo de ſignis & accidentibus morborum, & quia triplicia ſunt ſigna, nempe per quæ præterita noſcimus, aut præſentia aut futura: circa priora ſigna eſt anamniſtica, id eſt rememoratiua: circa præſentia diagnoſtica, id eſt cognoſcens: circa futura prognoſtica, id eſt prænoſciua: practicæ ſunt quinque partes, 1. eſt Diætetica, quæ victu curat: 2. Pharmaceutica, quæ medicamentis curat: 3. eſt Chirurgica, quæ manu adhibita curat, ſub qua comprehenduntur aleiptica & hydrotica, id eſt vnctoria & ſudorifica: dein odontica, id eſt dentium curatrix, & lithotomitica, quæ calculos exſcindit: tandem trichotomica, quæ pilos euellit & tondet: 4. eſt clinica, quæ nempe ægris occubat, miniſtrat, &c. 5. eſt coſmetica & commetica, ornatrix & fucatrix.

Summa totius Medicinæ, primo Hippocratis Aphoriſmo vt facilè retineatur, his verſibus expreſſi,

Viue breui, ars longa eſt, fugit auſa, experſque pericli,

Digitized by Google

Iudex difficilis, ſe ægrum facit, & ſedet extra.

Vita breuis, ARS longa, occaſio præceps, experientia periculoſa, iudicium difficile: oportet autem non ſolum ſe exhibere ad ea quæ decent facientem, ſed & aſtantes & ægrotum, & quæ externa ſunt.

Tabella ſequenti, continetur diuiſio Medicinæ.

Digitized by Google

Medicinæ recens & exactiſsima partitio.

- Circa obiectum Medicinæ,
  - Materiale ſcilicet hominem,
    - Phyſiologia
    - Anatomia.
  - Formale.
    - Sanitatem. { ὑγιεινή
      - Paidotrophia.
      - Euectica.
      - Gymnaſtica.
      - Gerocomia.
    - Neutrum.
      - Prophylactica.
      - Analeptica.
    - Morbũ
      - Speculatiua.
        - Pathologia.
        - Aitiologia.
        - Semeiotica.
          - Anãniſtic.
          - Diagnoſt.
          - Prognoſt.
      - Practica quæ dicitur Therapeutica.
        - Diætetica.
        - Pharmaceutica.
        - Chirurgica ſub qua Clinica.
        - Coſmetica & Commetica.
          - Aleiptica.
          - Hydrotica.
          - Odontica.
          - Lithotomica.
          - Trichotomica.

PHYSIOLOGIA.

Quid illa ſit?

Eſt *cognitio rerum naturalium humanam naturam conſtituentium.*

Quot ſunt res naturales?

Septem, Elementa ſub quibus continentur quatuor primæ qualitates.

Temperamenta, quæ ex elementorum, & qualitatum harmonia exſurgunt.

Humores qui temperamenta ſequuntur.

Spiritus, qui vt plurimum, excepto ſpiritu cœleſti, ſunt ſubtiliores humores.

Partes.

Facultates, quæuis enim innatam habet facultatem.

Functiones, quia facultates propter actiones ſunt datę.

Digitized by Google

PARS I. DE ELEMENTIS.
Cuius eſt tractare de illis?

1, Phyſici, quia elementa vt ſunt partes mundi maioris à ſe ſeparatæ, & vt propter qualitates motrices, grauitatem & leuitatem, habent certum locum in mundo, vt terra in imo, ignis in ſummo, tractat. 2. Medici, qui elementa tractat, vt ſunt minimæ partes mundi minoris, nec ſeparatæ in mixto, & ſecundum qualitates actiuas, humorem, ſiccitatem, calorem & frigus.

Quid Elementum?

Eſt principium ſenſibile, minimum & ſimpliciſſimum corpus, ex quo mixta conſtituuntur. Primò non eſt ſimpliciſſimum abſolutè, ſed ſimpliciſſimum corpus, nam materia & forma ſunt ſimpliciora elementis, attamen non ſunt corpora: ergo elementum eſt ſimpliciſſimum inter corpora. 2. Medicus non tractat abſolutè de principiis corporis humani, ſed tantũ de principiis ſenſibili-

bus, quæ ſunt elementa, hinc vocantur Medici, ſenſuales Phyſici.

Quot ſunt Elementa?

Quatuor, aer, ignis, aqua, terra: nam quot ſunt primæ qualitates ſimpliciſſimæ, tot ſubiecta primarum qualitatum ſimpliciſſima, ſcilicet elementa. Sunt autem quatuor tales qualitates, ideoque quæuis qualitas ſuum habet ſubiectum, ſcilicet calor ignem, vnde ignis dicitur primum ſeu ſummum calidum, humor aërem, hinc aër primum humidum; frigus aquam, quæ dicitur primum frigidum: ſiccitas terram quæ eſt primum ſiccum.

De Igne.

Ignis, eſt elementum primum calidum, ſeu calidiſſimum, & excellenter ſiccum. Primum calidum duplex eſt, vnum eſt Cœlum, quod non actu & formaliter, ſed virtute eſt calidum, calefaciens, lucens & viuificans. Alterum eſt ignis formaliter primũ calidum calefaciens, &c.

calefaciens, adurens, & lucens ſi ſit deſiior ignis, non adurens, nec lucens ſi ſit tenuior, qualis 1. eſt ſub concauo lunæ. in corporibus mixtis. 3. quia elementa confuſa ſunt, vt pote in aere eſt aqua, ſeu aqueus vapor, terra ſeu terreſtris exhalatio & ignis: illic tamen ignis nec lucet, nec vrit.

De Aere.

Aer, eſt primum humidum ſeu humidiſſimum, & excellenter calidum: non eſſe frigidiſſimum aerem, probatur: nam quò aliquid frigidius eſt, eò faciliùs condenſatur & congelatur, ea autem quæ maximè aerea ſunt minus congelantur, vt eſt oleum; imò caleſiunt, vt oleum, mel, butyrum, vinum. Eſſe primum humidum probatur: nam aërea magis humectant quàm aquea, vna gutta olei magis humectat, quàm decem guttæ aquæ.

De Aqua.

Aqua, eſt elementum primum frigidum, & excellenter humidum: nam quæ

maximè aquea ſunt, maximè refrigerant, vt ſunt medicamenta narcotica, ſiue obſtupefacientia, vt papauer, hyoſcyamus, cicuta, &c.

De Terra.

Terra, eſt elementum primum ſiccum, & excellenter frigidum: nam quæ maximè terreſtria ſunt, ſicciſſima ſunt, vt oſſa ſiue noſtra, ſiue magnæ Matris, vt lapides.

Qualia Elementa, ſunt miſcibilia inter ſe, &c. Quomodo?

Primò terra velut lutum, aut farina perfunditur aqua, aer vtrumque permeat, & velut pannum perflat: deinde ignis calore ſuo in omnia ſe inſinuat. Secundò non miſcetur cœlum elementis; primò, quia loco non deſcendit. 2. quia immortale non poteſt miſceri cum mortali. 3. eſt miſcibilium alteratorum vnio: cœleſtia autem à ſublunaribus, nec pati, nec corrumpi poſſunt. 4. calor cæleſtis iſta elementa miſcet, licet ſit immixtus,

hoc modo, 1. minutiſſimæ particulæ iuxta ſe ponuntur, nec tamen vna materia aliam penetrat, quia penetratio materiæ per naturam eſt impoſſibilis. 2. in ſe mutuo agunt, itavt in quauis particula producantur omnes primæ qualitates, ſed mediocres, itavt quæuis fiat calida, frigida, humida, & ſicca. Quo poſito controuerſum eſt, vtrum in quauis particula producantur, & vt ſint omnium elementorum formæ, ita vt quæuis habeat formam ignis, aeris, &c. ſed certum nouam formam diſtinctam à formis elementorum produci, quemadmodum in mulo forma diſtincta eſt à forma equi & aſini, quæ forma dicitur mixti. Probatur, qualitates illæ occultæ, verbi gratia, quod rheum trahat bilem, ſtercus caninum proſit cynanchæ, non aliunde poteſt eſſe quàm à forma noua.

Pars ſecunda de temperamentis, Nomen.

Dicitur temperamentum, temperies, complexio, craſis, crama. Definitio.

Temperamentum eſt harmonia, proportio, & mediocritas primarum qualitatum, nec enim qualitates ſummæ temperari poſſunt, ſiue *eſt confuſio primarum qualitatum per ipſarum remiſſionem.*

Quotuplex temperamentum. Diuiſio prima.

Vel eſt intemperatum, vel temperatũ: intemperatum eſt, cùm vna, aut duæ qualitates prædominãtur viribus, ſi vna qualitas excellit, eſt intemperatum ſimplex, & eſt quadruplex, vt cũ ſolus calor dominatur, eſt intemperatum calidum, ſi frigus frigidum, ſi humor humidum, ſi ſola ſiccitas excellat, eſt intemperatum ſiccum. Si duæ qualitates prædominantur, eſt intemperatum compoſitum, & eſt quadruplex, calidum ſiccũ in cholericis,

calidum humidum in ſanguineis; frigidum humidum in phlegmaticis; frigidum ſiccum in melancholicis. Temperamentum temperatum eſt, in quo nulla qualitas dominatur, ſed æqualiter omnes ſunt temperatæ, & eſt duplex, vnum ad pondus ſeu æquilibrium, cùm omnes qualitates in eodẽ ſunt gradu. id eſt, quot ſunt partes & gradus caloris, vt totidem ſint frigoris, humoris, & ſiccitatis. Alterum eſt ad iuſtitiam ſeu proportionem, quod abſolute quidẽ eſt intemperatum, ſed temperatum videtur; quia naturæ conueniens & commenſuratum eſt; ſic temperamentum equi, quia equo conuenit, temperatum eſt ad iuſtitiam.

Diuiſio ſecunda. Temperamentum vel eſt innatum, & per ſe, ſic lana eſt ſicciſſima, vel eſt influens aliunde & per accidens; ſic lana aliunde humida, ſic pinguedo per ſe frigida, calida aliunde.

Qui iudex Temperamentorum, & quomodo?

Homo : nam primum in quouis genere eſt menſura , iudex, & regula cæterorum : Homo autem temperatiſſimus eſt, propterea quod cùm homo præſtantiſſimas exerceat actiones , præſtantiſſimum debeat habere temperamentum, eſt autem iudex tactus, cuius obiectum ſunt qualitates primæ, maximè verò neruo & carne, is enim frigidus & ſiccus eſt, hæc humida calida, præcipuè verò vola manus, illic enim caro temperatiſſima eſt, & latiſſimus neruus.

Quis iudex Temperamentorum?

Molles ſunt humidi: denſa & dura cute ſunt ſicci. Pulſus vehemens, proceliuitas ad libidinem , ad iram , magnus animus, ſolertia, ingenium , celeres motus animi. graciles, villoſi, flauo & nigro capillitio, dentibus crebris, oculis glaucis, febribus calidis obnoxii : ii ſunt indices calidi temperamenti: contrarium frigidi.

Quæ temperamenta partium, humorum, temporum?

Partes albæ ſunt frigidæ, rubrę calidæ, duræ ſiccæ, & molles ſunt humidæ. Cerebrum per ſe humidum & frigidum eſt; vt eſt viuens, eſt calidum: Cor per ſe eſt frigidum; vt eſt viuens, eſt calidum: Pulmo per ſe eſt ſiccus; vt eſt viuens, eſt humidus. Adoleſcentia, ver ſanguis, ſunt calida humida. Virilis ætas, bilis, ignis, ſunt calida ſicca. Inclinans ætas, melancholia, autumnus, ſunt frigida ſicca. Senectus, pituita, hyems ſunt frigida humida.

Pars 3. de Humoribus. Quid humor?

Generaliſſimè eſt ***vna ex qualitatibus primis***: generaliter eſt ***corpus liquidum & fluxile***, vt argentum viuum. Propriè eſt ***corpus liquidum natum ex elementis***, ſeu ſit in plantis, ſeu in animalibus: magis propriè tantum in ſanguineis, ſeu humectet vt ſanguis, ſeu non humectet, bilis enim humor eſt, & tamen ſiccat.

Digitized by Google

Quotuplex humor?

Vnus contra naturam, nempe cauſa morborum: alius naturalis conſeruans & conſtituens naturam non tãtum vt pars, pars enim continua eſt, humor in vaſculis tantum eſt contiguus. Quotuplex eſt naturalis humor? vnus nutritius ſeu alimentarius, alius excrementitius. De humore alimentario, vel eſt primus, vel eſt ſecundus. Primus vel vnus, ſcilicet ſanguis, vel quadruplex, ſanguis, bilis, melancholia, pituita: vnus, quemadmodum ſi ſanguis ſumatur pro maſſa ſanguinea in qua mixti ſunt humores, bilis, melancholia, pituita, quo ſenſu omnis ſanguis temperatus eſt ex calore, humore, frigore & ſiccitate. Quatuor verò ſi ſinguli ſpeciatim ſpectentur, vt in ſanguine detracto ſcilicet tenuior pars calida & ſubtilis, bilis eſt ſimilis igni: pars verò humida calida rubra ſimilis eſt aëri: pars frigida & cruda pituita ſimilis aquæ: craſſa nigra melancholia eſt ſimilis terræ. Sicut muſtum vnicum quidem eſt, habet tamen florem aliquando aqueum, aliquando vinoſum & fæces: flori bilis, fæcibus melancholia,

à quieo pituita, vinoſo ſanguis ſimilis eſt. Cùm dulcibus & coctis nutriamur, quomodo pituita cruda & bilis amara nutriũt? Reſp. ſeparata non nutriunt, ſed permiſta, ſanguini cocto & dulci coquuntur & dulceſcunt. Cuius humoris plus eſt? Plurimum eſt ſanguinis, plures ſunt partes carnoſæ quę ſanguine conſtituuntur & nutriuntur. Secundas tenet pituita, quę parum à ſanguine diſtat. Deinde plus eſt melancholiæ quàm bilis, quia omnia oſſa melancholia nutriuntur. Quid eſt efficiens humorum? hepatis calor, vt ſolis calor pro diuerſitate materiæ varia efficit: ita hepar ex alimento ſeu chyli parte terreſtri melancholiam, ex aërea ſanguinem &c. efficit. Alimentarius humor 2. eſt quadruplex, inſitus, reſudans, ros, cambium & gluten. Eadem res ſcilicet ſanguis pro diuerſa alteratione hæc quatuor habet nomina, nam cum effunditur per poros tunicarum dicitur inſitus, cùm exſudat dicitur ros, cùm adhæret parti, dicitur gluten ob oleaginoſam ſubſtantiam, cùm iam immutari incipit in naturam partis, vocatur cambium.

De excrementitiis humoribus.

Excrementii humores ſunt qui à natura excernuntur tanquam ſuperflui aut moleſti ; ſuperflui vel ſola ſunt quantitate, vt menſtrua & ſemen, vel qualitate etiam peccant , & ij vel ſunt vtiles , ſcilicet fel, limus, ſerum, vel inutiles, vrina, ſudor, fæces.

De menſtruis.

Dicuntur menſtrua ſeu menſes, ſeu lunaris purgatio in fœminis menſtrualibus ſcilicet ſi non ſint grauidæ, ſi non ſint nutrices, ſi non ſint ſteriles, ſi non morbo præſertim mœrore ſiſtantur : in puerpera verò ſunt lochia, ſcilicet menſtrua corrupta, abſolutè enim corrupta non ſunt. Poſt conceptionem ſiſtunt enim menſes, & ex meliori parte fœtus nutritur, impurior verò à puerperio excluditur. Fluunt menſes ad 14. ad 50. annum, quo tempore aptæ ſunt mulieres conceptioni. Otioſis 3. ſeptimanis , viraginibus 4. mediocribus medio tempore redeunt menſes: viragines biduo purgantur, 4. aut 5. diebus mediocres, 7. molliſſimæ. Luna eſt

cauſa

cauſa huius affluxus & refluxus menſtrui, ſanguis nempe ad extremitates fluit, & inde in fundum vteri defluit. Quia nouem menſes ordinariè gerunt vterum, ideo tot diebus ſunt in puerperiis purgamentis, quot fuiſſent ſi ſingulis menſibus menſtruales fuiſſent, hinc viragines, quia duo ſunt dies menſtruales 18. ſunt in purgamentis, & quæ ſunt, tres, dies menſtruales 27. diebus ſunt in purgamentis.

De *ſemine*.

Semen eſt corpus humidum, calidum, ſpumoſum, album, ex reliquiis alimenti vltimi & ſpirituum permixtione ad animalis generationem, vt mammæ dealbant ſanguinem, ita & teſtes ſemen. Fluitne ſemen ex toto corpore? Hippocr. cenſet, aliàs enim non poſſet dari ratio ſimilitudinis filiorum cum parentibus & morborum hæreditariorum. Galen. ex ſolis teſtibus cenſet fluere, nam ideo caſtrati, paralytici, quibus refrigidati teſtes, & ſpadones quibus attriti, ſemen nullum emittunt.

De excrementitiis humoribus ob qualitatem.

Hi ſunt excrementa vel trium humorum vtilia tamen, vel excrementa trium coctionum, & inutilia.

De vtilibus felle, limo, ſero.

Fel eſt excrementum bilis ab hepate ad cyſtim ſeu veſiculam fellis delegatum, & inde in inteſtina amandatum, vt irritet potentiā excreticem ſtercoris, mucum abluat inteſtinorum, & fæces tingat, quæ aliàs albæ forent, vt in iis qui aurigine laborant. Limus eſt excrementum acidum melancholiæ ab hepate ad lienem amādatum, & hinc in ventriculum, vt concoctionem iuuet ventriculi, quia acida conducunt. Serum eſt excrementum tenuius & ſubtilius humorum quidem omnium, ſed maximè pituitæ factum in hepate, & inde per omnes venas amandatum, vt diſtributionem ſanguinis qui lentus & pinguis eſt, iuuet, & ſit ſanguini inſtar vehiculi.

De inutilibus.

Hi ſunt excrementa concoctionum alimenti nec dulcia, nec humida, aerea, & cùm tantum humidis, aereis & dulcibus nutriamur, ad nutritiònem ſunt inutilia. Sunt autem 4. fæces, vrinà, ſudor, ſordes. Fæces ſanorum ſunt humores molles cõſiſtentia mellis, primæ coctionis, ſcilicet chyloſeωs in ventriculo factæ, excrementum acidum, craſſum, ſiccum. Vrina eſt humor tenuis, aqueus, amarus, ſalſus, 2. coctionis ſcilicet hæmatoſeωs in hepate factę excrementum, cuius materia ſcilicet ſerum fit ab hepate: forma verò vrinæ fit à renibus ſeparàntibus ſerum à ſanguine. Sudor eſt excrementum. 3. coctionis, ſcilicet homòioſeωs, cùm gluten in cambium vertitur, ſalſum, acre, cuius materia eadem ac vrinæ, ſcilicet ſerum, vnde qui multum ſudant, vt in æſtate parum mingunt, & è contra. Sordes ſunt excrementum ſiccum. 3. concoctionis, ſordidam & ſquamoſam quaſi cutem faciens.

Monitum.

Humores contra naturam ad Pathologiam ſpectant.

Pars 4. De ſpiritibus.

Spiritus primò ſubſtantia eſt corporea, qualis eſt anima noſtra, 2. eſt corpus tenuius & ſubtilius, ideóque ob ſubtilitatem quàm proximè accedit ad ſubſtantias incorporeas: vocatur ſpiritus, & ſic vel eſt extra corpus noſtrum & aër vocatur, vel in corpore noſtro oritur, & eſt vel flatus, vel ſpiritus adulterinus, vel proprius ſpiritus ex benigniori ſanguine natus, & quaſi 5. ſanguinis eſſentia. Hic poſtremus tractandus. Daturne ſpiritus? Datur 1. non eſt vacuum in natura, ſed in corporibus diſſectis reperiuntur cauitates, in cerebro, in corde, &c. ergo niſi fuiſſent repletę vacuum fuiſſet. 2. cordis & arteriarum pulſus non poteſt eſſe niſi à ſpiritu. Quid ſpiritus, & quæ cauſæ ipſius? Spiritus eſt corpus tenuiſſimum, calidiſſimũ perpetuo mobile ex ſanguine & vapore

genitum, facultatum animæ vehiculum & inſtrumentum. Materia duplex eſt ſpirituum, vna, ſanguis benignior, tenuior, & purior; alia eſt vapor tenuior, ex quibus vtriſque ſpiritus tenuiſſimus. Hinc ex ſanguine & aëre generatur, reficitur & fouetur ſpiritus, & qualis inſpiratur aër aut tranſpiratur, talis eſt ſpiritus: ex caliginoſo caliginoſus, ex ſereno ſerenus, ſiue is aër propriè ſit aër, ſiue vapor & exhalatio odorata vel non. Forma eſt quod ſit perpetuo mobilis, vel à ſe, vel aliunde, à ſe mouetur ſurſum, quia calidus & tenuis eſt, deorſum verò ratione pabuli, ſicut ignis: aliunde mouetur, vel quia pellitur ab hepate, corde, cerebro, & imaginatione, vel quia trahitur ab arteriis, venis, aliiſque partibus. Finis vt ſit vehiculum facultatum animæ: ſcilicet ad motum, ad ſenſum, ad vitam, nam ſi vinciantur vaſa, nerui, arteriæ, perit vita, motus, ſenſus intercepto ſpiritu. Efficiens præcipuum ſemen, hepar, cor, cerebrum.

Quot ſunt ſpiritus?

Spiritus proprium eſt habere adiun-

ctum calorem natiuum, ideo tot ſunt ſpiritus quotuplex eſt calor natiuus, ſed calor natiuus alius eſt infixus cuiuis parti, alius influens à præcipuis partibus, ergo ſpiritus vel eſt infixus vel influens. Calor & ſpiritus infixus eſt inſtrumentum nutritionis, ſcilicet attrahendi, retinendi, coquendi, aſſimilandi alimentum, ſeparandi & reiiciendi excrementa. Calor & ſpiritus influens triplex eſt, ex 3. vitę fontibus nempe naturalis ab hepate per venas, vitalis à corde per arterias, animalis à cerebro per neruos. Animalis, duplex, vnus ſenſorius, qui à ſyncipite defluit per neruos molles in oculos, aures &c. alius eſt motorius, qui ab occipite per medullam & neruos duros ad muſculos defluit. Naturalis, vel eſt genitor ex omnium ſpirituum confluxu ad teſtes, vel eſt nutritor ex omnibus partibus. Vitalis, pulſus & reſpirationis cauſa eſt.

Diſtinctio horum ſpirituum.

Sanguis in hepate & aer eſt materia ſpiritus naturalis, qui eſt ſubtilior ſanguis, illiuſque vapor & exhalatio, hic ſpi-

ritus cum ſanguine delatus ad cor, perficitur, & fit vitalis, qui cum ſanguine delatus ad cerebrum fit animalis, vnde ſpecie non differunt, ſed tantum ſecundum perfectum & imperfectum.

De calido innato.

Ex calore, ſpiritu & humore exurgit calidum innatum. Definitur humidum radicale ſpirituoſum humore perfuſum. Tam ſpiritus volatilis quàm humidum ſunt ſubiectum caloris. Humidum autem eſt aëreum, pingue, oleoſum, ſicut oleum flammæ pabulum, ita pabulum & ſubiectum eſt caloris, non eſt autem humidum aqueum, à quo extinguitur calor. Calor hic non eſt elementaris, ſed cœleſtis, ille enim adurit, vt conſtat ex febribus: cœleſtis vitam confert, Sole enim ad nos accedente, verno tempore, ipſius omnia viuunt calore, recedente verò, hyeme, floribus, frondibus inſectis vita recedit.

DE PARTIBVS.

Pars quinta. Nomina.

Pars, particula, membrum, locus, in homine idem ſunt. Membrum tamen proprie pars eſt conſtans ex diuerſæ naturæ partibus vt caput. Pars eſt in quod totum partimur.

Significationes Partis.

Pars vel eſt ſubiectiua, prout corpus humanum eſt vniuerſale, ſic quiuis noſtrû pars eſt humani corporis; vel eſt pars integrans, conſtituens integrum corpus. Pars integrans vel eſt corporis, vt eſt ſubſtantia, & ſic anima & materia 4. elementorum, ſunt partes hominis: vel pars eſt corporis vt viuens eſt: ſic 1. omne id pars eſt ſine quo nõ viuere, aut non æque commodè & ornatè poſſumus; ſic vna pars eſt neceſſitatis, vt caput, alia commoditatis vt pedes, alia ornatus vt barba, ſic id omne pars eſt quod congenitum eſt, vt ſanguis; vel poſt genitum vt dentes &

pili alarum, pectoris &c. Vel pars eſt corporis abſolutè, ſic pars eſt in quam ſenſibilem partiri poſſumus corpus, hinc elementa partes non ſunt, neque enim in ea tanquam ſenſibilia corpus humanum diuidere poſſumus.

Quid eſt Pars?

Primò id omne quod totum complet, ſeu quidquid in corpore ſecundum naturam eſt, ſiue ſit viuens, ſiue non viuens, ſemper enim in viuente eſt aliquid non viuens, vt aër, aqua, ſuccus. Hoc modo triplices ſunt partes, impellentes ſcilicet & ſunt ſpiritus, contentæ & ſunt humores, continentes & ſunt ſolidæ. Secundò pars eſt id quod non vndequaque coniũctum eſt cum aliis, nec vndequaque circũſcriptionem habet propriam: totum quia vndiquaque circumſcriptum eſt, pars non eſt: ſic humores quia non ſunt coniuncti & continui non ſunt partes. 3. & propriè pars eſt corpus toti cohærens, communi vita coniunctum, ad illius functionem & vſum comparatum: ſic ſpiritus & humores quia non cohærent, partes non ſunt: pili vero & vngues licet cohęreant, quia

tamen vel non viuunt, vel alia vita viuunt, velut viſcus in arbore partes non ſunt: verruca quia nullius vſus eſt, pars non eſt: humor contra naturam vſum peruertit, ideo pars non eſt.

Quotuplex pars propriè?

Primò, vel eſt propter hominem vt teſtes, vel propter indiuiduum, vt pedes & manus, vel propter vtrumque, vt cerebrum, 2. pars vel eſt ſimilaris, homogenea & ſimplex, quæ in partes eiuſdem generis & ſpeciei diuiditur tantum, vt os in oſſa; vel eſt pars inſtrumentaria heterogenea, quæ ex partibus diuerſę ſpeciei compoſita eſt, vt digitus ex carne, neruis &c. Partes cõpoſitæ ſunt ex ſimplicibus, ſimplices ex ſpiritibus & humoribus humores ex alimentis, alimenta ex elementis.

Quot ſunt partes ſimilares?

Octo, os, cartilago, ligamentum, fibra, membrana, tendo, caro, cutis.

De Oßibus.

Oſſa ſunt partes ſimilares ſicciſſimæ plurimum frigidæ, albæ, duriſſimæ, maximè terreſtres, ex ſeminis craſſamento terreo & pingui à formatrice per calorem genitæ ad totius ſtabilimentum, rectitudinem & figuram. Sicciſſima ſunt, exhauſto nempe pingui à calore, & quia humidum abſumptum, ideo frigida. Dura ſunt, non vt glacies à concretione, nec tenſione vt tympanum, ſed ſiccitate vt lignum. Alba ſunt, tum quia ſpermatica, tũ quia terreſtria quę alba, vt ſaxa, cineres, dẽtes. Alia ſunt duriora, animalibus calidioribus. Alia perfecta naſcuntur vt coſtę. Alia imperfecta, vt os capitis. Si non eſſent oſſa reperemus vt ſerpentes, nec figuram certam haberemus; licet aliquando infans ex oſſis natus.

De Cartilagine.

Eſt pars ſimularis, frigida, ſicca, ex craſſamento ſeminis à vi formatrice orta, ad varietatẽ motuum, facilitatem, & exter-

nos impetus eludendos. Differt ab oſſe quod minùs ſit frigida, ſicca & dura, deinde quia eſt pellucida & polita, non autem oſſa. Differt tamen ſecundum magis & minus, 1. quia oſſa à natiuitate fermè ſunt cartilagines, 2. oſſis extrema cartilagine incruſtantur & lubricantur.

Ligamentum & Tendo.

Vt motus ſecurè fieret, & articulatè oſſa firmis ligamentis ne à motu diuellantur ſunt ligata: propriè eſt quod articulos ligat & continet: eſt pars ſimilaris, frigida, ſicca, ex ſeminis lentore à formatrice per calorem orta ad ligandum continendumque articulos, & ad muſculos conſtituendos; eſt mollius cartilagine, ſed durius neruis. Tendo eſt ligamentum quo muſculus cum oſſe coniungitur, ſiue eſt finis ſeu cauda muſculi, vel principum ſeu caput muſculi, & tendendo aut contrahendo membrum, mouet motu voluntario.

De Membrana & Cute.

Membrana, tunica, meninx, idem eſt,

Membrana eſt pars ſimilaris frigida ſicca, ex ſeminis lentore tenuis & denſa, tactus organum, terminus & cuſtodia ſubiectarum partium: tutò dilatatur & comprimitur, eſt minus frigida quàm ligamentum: partes denudatæ tunicis non ſentiunt, cutis eſt membrana totius corporis ampliſſima & emiſſarium fuliginum exhalantium: eſt vel externa, vel interna: efflorescentia cutis, eſt cuticula.

De Fibris.

Fibræ, villi, filamenta idem ſunt: fibra eſt pars ſimilaris frigida ſicca, ex ſemine genita, ideo alba & ſolida, oblonga, exilium filamentorum inſtar ad motum & carnis firmamentum, nempe ad motum naturalem, hinc fibræ rectæ trahunt, tranſuerſæ expellunt, obliquæ retinent, nempe motu contractionis & dilatationis ad carnis firmamentum: ſunt enim prima velut ſtamina, quorum inania ſpatia infarcit caro.

De carne, pinguedine & adipe.

Caro quadruplex eſt: prima ſingulis partibus eſt peculiaris, & fibras omni ex parte ambit, ſic etiam ſolidis partibus eſt ſua caro. 2. eſt caro ſimplex, propriè mol-

lis, rubicunda, ex ſanguine mediocriter reſiccato, vt caro muſculorum, gingiuarum. 3. eſt caro viſcerum ſiue parenchyma, quaſi affuſio ſanguinis. 4. eſt caro glandulosa, ſiue caro in ſe conuoluta ad humores ebibendos, qualis eſt in mãmis, teſtibus &c. Pinguedo & adeps, ſicut & caro, ex ſanguinis aërea parte naſcũtur, ſed caro per modum reſiccationis, adeps & caro per modum congelationis, pinguedo eſt in animalibus pinguioribus, vt ſue, oue. Adeps eſt in magis terreſtribus, vt in boue: à calido diſſoluitur, à frigido concreſcit, ideo mulieres viris pinguiores.

De partibus compoſitis ſeu inſtrumentariis.

Hæ ſunt compoſitæ ex ſimplicibus partibus: ſunt quadruplices 1. 2. 3. & 4. generis.

De inſtrumentariis partibus 1. generis.

Sunt compoſitæ ex ſimplicibus fibris & tunicis: ſunt 1. venæ, vena conſtat fibris, & tunicâ; vena oritur ex iecore ad ſanguinem & ſpiritum naturalem deuehendum. Duplex vena, vna pura, alia media: pura duplex, vna vena porta per quam chylus ad iecur confluit; altera

vena caua per quam quoquouerſum ſanguis diſttibuitur. Vena media vocatur vena arterioſa; vena quidem, quia ſanguinem defert alimentarium ad pulmonem; arterioſa, quia duabus conſtat tunicis, & à corde oritur. Secundo ſunt arteriæ. Arteria conſtat duabus tunicis & fibris, pars ſpermatica aſſidue pulſans, orta à corde, deferens ſpiritum vitalem, & tenuiſſimũ ſanguinem. Tunica extrema tenuis eſt; interna eſt quintuplo craſſior. Arteria vel eſt pura, vel eſt media: pura aſcendens & deſcendens, ſicut & venæ: media eſt arteria venoſa per quam ſpiritus & aer mittitur ad cor: dicitur venoſa, quia vnica tantum tunica conſtat. 3. ſunt nerui. Neruus eſt pars diſſimilaris ſpermatica & exanguis orta à medulla ad ſenſum vel ad motum faciendum, deferens ſpiritum animalem. Duplex neruus, vnus ſenſorius, qui à medulla oritur, & ſunt 7. paria ſeu coniugationes, qui ſemper bini feruntur in ſenſuum inſtrumenta. Alius eſt motorius à medulla ſpinæ, cuius ſunt 30. paria, & in muſculos inſeruntur.

Digitized by Google

De inſtrumentis 2. generis.

Sunt partes quæ ex inſtrumentis ſimplicibus vt vena, arteria, neruis componuntur, Muſculus eſt inter 1. eſt motus arbitrarii primum inſtrumentum, cuius principium & finis eſt tendo, medium verò eſt pars carnoſior.

De inſtrumentis 3. generis.

Sunt partes compoſitæ ex primi & ſecundi generis inſtrumentis: ſunt præcipuè organa ſenſuum, vt oculus, auris, lingua, manus, nares; & principia facultatum omnium, ſcilicet cerebrum, cor, hepar.

De inſtrumentis 4. generis.

Sunt 4. ex aliis compoſita, ſcilicet caput, venter, artus, thorax: ab iis tanquam poſtremis Anatomia incipit.

Pars

Pars poſtrema de facultatibus & actionibus naturalibus hominis.

Methodus.

Actiones à facultatibus, facultates ab anima proueninnt, ideò coniunctim tractanda. Deinde eadem eſt diuiſio facultatum & functionum, & eodem modo definiuntur, dummodò vocabulum inflectas: vt potentia generatrix dicitur, functio verò, generatio.

Quid anima?

Dicitur anima quaſi ἄνεμος, id eſt, ventus, & ψυχὴ à frigore, ſcilicet à temperando calorem. Anima eſt prima perfectio & actus corporis organici, potentia vitam habentis: nunquam anima reperitur in corpore tantum ſimilari, vt in aqua aut in aëre, quamuis reperiatur in partibus ſimilaribus dummodo cum organicis coniunctæ ſint, vt in homine. Potentia vitam habere intelligitur non potentia remota, aliàs cadauer & alimentum haberent vi-

tam, ſed potentia propinqua, quomodo dormiens licèt non ſentiat, ſentire tamen poteſt.

Quid anima humana?

Eſt principium 1. vegetandi, ſentiendi, ratiocinandi.

Quid facultas?

Eſt qualitas per quam facilè aliquid agimus, aut facilè reſiſtimus.

Quotuplex facultas animæ noſtræ?

Primò ſextuplex, vegetans, ſentiens, appetens, mouens, ratiocinans, volens. 2. triplex, naturalis eadem cum vegetante, vitalis eadem cum motrice, præſertim pulſifica, animalis comprehendens ſentientem, appetentem, ratiocinantem, volentem.

Diſtinguuntur ne facultates ſedibus & ſubiectis?

Diſtinguuntur ſecundum actus, nec enim in quauis parte ſentimus aut ratiocinamur propter defectum organorum. Non diſtinguuntur ſecundum ſeipſas, vt enim anima vbique tota eſt, ita vbique omnes habet facultates: itaque naturalis eſt in iecore, vitalis in corde, animalis in cerebro.

De naturali ſeu vegetante facultate, & eius functionibus. Quid illa?

Eſt facultas qua nutrimur ſeu vegetamus & viuimus: quidquid enim nutritur viuit, & tamdiu nutritur quamdiu viuit, & quamdiu viuit, nutritur; de corporalibus intellige, viuit enim anima, non nutritur.

Quotuplex naturalis?

Triplex, Altrix ſeu nutrix: auctrix ſeu augmentatrix, procreatrix, ſeu genitrix.

De potentia Altrice. Quid illa?

Eſt facultas per quam alimentum in corporis noſtri ſubſtantiam conuertitur. Alimentum eſt obiectum; eſt triplex, vnum nutriturum, quod diſſimile eſt, vt cibus, alterum quaſi nutriens iam præparatum vt ſanguis, 3. nutriens, vt gluten & cambium.

Quot ſunt miniſtræ facultates Altricis.

Prima eſt appetens. Duplex appetitus,

vnus naturalis, per quem quæuis pars corporis abſque ſenſu appetit id quo eget ſtirpium more, alius animalis, ſcilicet fames & ſitis, de quibus infra. 2. eſt attrahens facultas quæ calore & ſiccitate ſubſtantiæ ſimilitudine attrahit alimentum: calorem attrahere conſtat ex electro calefacto attrahente paleam: ſiccitatem attrahere conſtat, quod ſole ſiccati, balneo aquæ dulcis ſitim extinguant: ſubſtantiæ ſimilitudine fieri attractionem conſtat, quia ſimile ſimili gaudet, & ſimile attrahit: fit vel per fibras rectas, vel ſine fibris, vt in partibus ſimilaribus. 3. eſt retentrix: tamdiu enim retinet alimentum donec aſſimiletur, & fit maximè per ſiccitatem. 4. eſt concoctrix: triplex eſt concoctio, vna in ventriculo, χύλωσις; alia in hepate αἱμάτωσις; 3. in quauis parte, ὁμοίωσις ſeu aſſimilatio, de quibus ſuprà. 5. eſt ſecretrix, per quam vtile ab inutili, ſimile à diſſimili per calorem ſecernit, vel vt poſtea reiiciatur ſi ſit excrementum, vel vt apponatur ſi ſit alimentum. 6. eſt excretrix, quæ per conuenientes ductus alimentum aut excrementum, aut fœtum expellit: alimentum

ſcilicet chylum ventriculus in inteſtina & iecur in venas, & venæ in quaſuis partes expellunt, quemadmodum palatum per gulam in ventriculum propellit: excrementum ſiue vtile vt ſemen, ſiue inutile, vt ſudores, & præſertim in morbis, diebus criticis, id quod moleſtum eſt excernunt: fœtum vterus excludit. 7. eſt apponens ſcilicet alimentum cuiuis parti. 8. eſt agglutinans, in hydrope apponitur, ſed non agglutinatur alimentum. 9. eſt vniens, in lepra enim agglutinatur, ſed non vnitur alimentum.

De facultate auctrice.

Eſt facultas per quam copia humidi radicalis ſolidæ viuentis partes in trinã dimenſionem extenduntur, ſeruata ſpecie, forma & continuitate. Dicitur copia humidi, inde pueri creſcunt, & maiora ſunt in mari quàm in terra animalia: dicitur partes ſolidæ, vt oſſa, nam cùm humores, caro, adeps augentur non propria eſt auctio, quæ quouis tempore fit, auctio vero oſſium tantum certo tempore. Dicitur trinam dimenſionem, cùm enim

pinguescimus tantum, non in trinam di-menſionem augemur. Dicitur viuentis, aliæ enim creſcunt tantum per appoſitionem, vt mare &c. dicitur ſeruata ſpecie, cùm enim aquæ gutta vna in decem guttas aëris conuertitur, non eſt propriè auctio, quia propriè non manet eadem ſpecies aquæ. Dicitur manente forma, quia materia quotidie perit: dicitur manente continuitate, vt ea quæ implentur tantum vt mammæ &c. excludantur.

De potentia generatrice. Significatio.

Primò potentia hæc eſt per quam ſubſtantia aliqua producitur, ſic generatur ignis. Propriè eſt productio ſubſtantiæ viuentis, præſertim animalis, beneficio ſeminis: viuentia enim quædam ſponte naſcuntur, vt muſca; quædam non ſponte vt leones: quædam vtroque modo, vt mures: quæ non ſponte naſcuntur vel à radice vel ſurculis, vel ex ſemine naſcuntur; de quo poſtremo ſermo eſt.

Quid potentia generatrix?

Eſt vis per quam viuens producit ſibi

ſimile, aliud tamen à ſe, attamen exſe, ſiue intra ſiue extra ſe propter ſpeciei propagationem: hinc mas ex ſe, ſed extra ſe, fœmina ex ſe, ſed intra ſe generat.

Materia generatricis, ſcilicet ſemen.

Generatrix verſatur circa ſemen & menſtruum ſanguinem. Semen eſt excrementum laudabile vltimæ concoctionis. Efficiens ſeminis non tantum mas, ſed etiam femina eſt; nam & illa teſtes habet licet internos: hoc tamen non concludit, nam & vir mammas habet, nec lac efficit. Si feminæ eſt ſemen, cur ergo non ſola generat cum ſanguine menſtruo? Reſp. eſt ſemen imbecillimum, qualia ſunt oua gallinæ abſque gallo ſterilia, nihilominus generat aliquando, ſed molam, informem nimiùm maſſam, licet animatam. Non ab omni parte ſemen fluit, alias mutili generarent mutilos, fluit tantum à præcipuis, ſcilicet à iecore & corde per vaſa ſpermatica, duas venas ſcilicet & duas arterias in teſtium tunicam propriam, & à cerebro per neruos. Vnde ergo imbecillitas corporis totius à

Venere, ſi non à toto fluit ſemen? in phlebotomia aliquando eſt debilitas totius corporis, nec tamen ſanguis omni ex parte effluit. In teſtibus ergo elaboratur ſemen, in fructibus arborum ſemina continentur. Animatum eſt ſemen anima vegetante, ſed anima illic torpet ſicut in hyeme torpet in gliribus, teſtudinibus: animatum eſt quemadmodum & ſurculi & propagines.

Quę miniſtrę generatricis?

Vis alteratrix & conformatrix.

Quibus abſoluitur generatio?

Quinque, generatione, conceptione, conformatione, motu, excluſione ſeu partu.

Generatio.

Generatio hic eſt productio rei viuentis ex ſemine, opera virtutis formatricis & alteratricis. Eſt naturaliſſimum opus propter hominem, non autem propter indiuiduum, ſemen enim emiſſum acco-

lerat ſenectutem & mortem, ideo quæ caſta ſunt diuturniora ſunt, ſicut & ea quę ſemen non ferunt, vt mulus.

Conceptio.

Hoc ordine perficitur: 1. eſt effuſio ſanguinis in vterum & receptio: 2. eſt ſeminum mixtio. 3. eſt retentio quæ eſt conceptio, nec enim niſi ſemina apta miſceri emittantur, ſimul conceptio fit. 4. eſt clauſio vteri, ita vt ne aciculæ mucronem intromittere poſſis. Propriè eſt viuificatio ſeminis fœcundi ad formandum fœtum, pendens à proprietate vteri.

Conformatio.

Sunt 4. tempora conformationis, quæ fit nempe 30. diebus, ſummùm quinquaginta. 1. tempus eſt 7. dierum: hic ſemen vtero conceptum excitatur calore materno ad agendum, ſicut terra grana & ſol glires vere excitat; ergo excitatum ſemen intumeſcit, & tunica circumducitur, quemadmodum panis in furnum iniectus, aut quemadmodum ouum putamine ſeu cortice inducitur, tegitur autem ne ſpiritus defluat: hæc tunica tri-

plex eſt, vna chorion ſiue locus & quaſi ædes puelli. 2. eſt allantois ad recipiendam vrinam, 3. amnios ad ſudorem. 2. tempus eſt quo partes principes, iecur, cor, &c. ſimul deſignantur, & rudimenta accipiunt: conſtat ex Pſaltria, cuius genitura 6. dierum cordis, cerebri, iecoris habuit initiamenta. Eodem tempore chorion adhæreſcit vtero per oſcula venarum cotyledonum: itaque variæ arteriolæ & venulæ intexuntur chorio. 3. tempus eſt quo arteriolæ illæ & venulæ in duas arterias vmbilicales, & in venam vnam vmbilicalem deſinunt, cùm iam ſanguinem maternum fœtus ſugere incipit. 4. tempus eſt quo anima rationalis inducitur poſt formationem cæterarum partium minus præcipuarum, ſcilicet pedum & digitorum, qui poſtremò ſicut folia & ſurculi in ramis formantur. Hæc tempora videre licet in ouis, quæ ſi gallinis ſupponantur, & quotidie vnum frangatur, qualis eſt formatio pulli, talis eſt formatio puelli, ita vt 3. die iam cor moueatur in ouo. *Motus*. Mouetur fœtus dupla ratione, id eſt, ſi formatus fuerit 30. diebus 60. die mouetur. Motus

non tantum eſt plantæ creſcendo nempe, ſed animalis mouendo.

Partus ſiue excluſio.

Quadruplex eſt excluſio. 1. aquarum contentarum. 3. puelli. 3. ſecundinarum, 4. lochiorum ſeu purgamentorum. Maturus ex arbore fructus decidit, ita & fœtus ex vtero maiori alimento indiget, ideò pedibus calcitrat, & reliquo corpore, refrigerio maiori opus habet, ideoque tunicas perrumpit, hinc dolores magni matris, quia diſrumpuntur venulæ in chorio à cotyledonibus.

De facultate vitali. Quid & quotuplex vita?

Vita eſt coniunctio & vnio animæ cũ corpore. Vita eſt calidi innati permanſio. Calor hic eſt ſpiritus fixus vel non diſſipatur, ideoque non indiget influente & reparante ſpiritu, ſic viuunt plantæ & animalia inſecta, ita ut quæuis pars ſeparata viuat, vel diſſipatur hic ſpiritus ob exæſtuantem calorem, qualis eſt in animalibus perfectis, præſertim ſanguineis. Vita ergo

plex eſt, vna chorion ſiue locus & quaſi ædes puelli. 2. eſt allantois ad recipiendam vrinam, 3. amnios ad ſudorem. 2. tempus eſt quo partes principes, iecur, cor, &c. ſimul deſignantur, & rudimenta accipiunt: conſtat ex Pſaltria, cuius genitura 6. dierum cordis, cerebri, iecoris habuit initiamenta. Eodem tempore chorion adhæreſcit vtero per oſcula venarum cotyledonum: itaque variæ arteriolæ & venulæ intexuntur chorio. 3. tempus eſt quo arteriolæ illæ & venulæ in duas arterias vmbilicales, & in venam vnam vmbilicalem deſinunt, cùm iam ſanguinem maternum fœtus ſugere incipit. 4. tempus eſt quo anima rationalis inducitur poſt formationem cæterarum partium minus præcipuarum, ſcilicet pedum & digitorum, qui poſtremò ſicut folia & ſurculi in ramis formantur. Hæc tempora videre licet in ouis, quæ ſi gallinis ſupponantur, & quotidie vnum frangatur, qualis eſt formatio pulli, talis eſt formatio puelli, ita vt 3. die iam cor moueatur in ouo. *Motus.* Mouetur fœtus dupla ratione, id eſt, ſi formatus fuerit 30. diebus 60. die mouetur. Motus

non tantum eſt plantæ creſcendo nempe, ſed animalis mouendo.

Partus ſiue excluſio.

Quadruplex eſt excluſio 1. aquarum contentarum. 3. puelli. 3. ſecundinarum, 4. lochiorum ſeu purgamentorum. Maturus ex arbore fructus decidit, ita & fœtus ex vtero maiori alimento indiget, ideò pedibus calcitrat, & reliquo corpore, refrigerio maiori opus habet, ideoque tunicas perrumpit, hinc dolores magni matris, quia diſrumpuntur venulæ in chorio à cotyledonibus.

De facultate vitali. Quid & quotuplex vita?

Vita eſt coniunctio & vnio animæ cũ corpore. Vita eſt calidi innati permanſio. Calor hic eſt ſpiritus fixus vel non diſſipatur, ideoque non indiget influente & reparante ſpiritu, ſic viuunt plantæ & animalia inſecta, ita ut quæuis pars ſeparata viuat, vel diſſipatur hic ſpiritus ob exæſtuantem calorem, qualis eſt in animalibus perfectis, præſertim ſanguineis. Vita ergo

eſt duplex, vel animalium inſectorum & plantarum, per ſpiritum fixum, vel animalium perfectorum, per ſpiritum influentem: de hac poſteriore ſermo eſt.

Quid & quotuplex facultas vitalis?

Eſt ea, quæ per ſpiritum & calorem influentem in cor, vel à corde fixus calor diſſipatus inſtauratur & tẽperatur. Hæc facultas triplex, pulſifica, reſpiratoria & tranſpirans: vis pulſifica reſidet in cordis ſiniſtro ſinu, ex quo per arterias influit ſpiritus vitalis, & reparatur calor fixus & temperatur tum eiiciendo fuliginem per ſyſtolen in pulſu, vel refrigerando per diaſtolen in eodem pulſu. Reſpiratio eſt qua expiratur fuligo &c. inſpiratur aer frigidus. Tranſpirans eſt quæ per poros expirat fuliginem, & attrahit aerem. Hæc poſterior in omnibus animalibus eſt, non verò prior.

De facultate animali. Quid illa?

In homine eſt facultas qua ſentimus, appetimus, mouemur, intelligimus & volumus.

De ſentiente.

Eſt facultas apprehendendi & percipiendi corpora ſingularia, quę nobis cum belluis eſt communis, vt moueatur appetitus. Senſus eſt triplex. Primus vel externus quintuplex, viſus, auditus &c. de quibus Phyſici. Viſus potiſſimum fit per ſpiritum lucidum cœleſtem & congenitum. Auditus per ſpiritum aereum. Odoratus per igneum, guſtus per aqueum, & per terreſtrem tactus. Senſus internus eſt quintuplex, quo nempe res abſentes licet corporeas percipimus, ſcilicet ſenſus cõmunis, imaginatio, phantaſia, æſtimatiua & memoria. Senſu communi apprehendimus, animaduertimus: imaginatione ſpecies componimus & diuidimus, vt fit in inſomniis. Phantaſia apprehendimus res non ſenſatas, vt ouis inimicitiam lupi: æſtimatiua ex Auerroë vnum ex alio colligunt, etiam animalia, vt, canis vnum baculum timet, quia alio fuit exceptus. Memoria eſt theſaurus & conſeruatio ſpecierum. 3. Senſus eſt partim internus, partim externus, ſcilicet ſenſus

doloris & voluptatis, ſenſus famis & ſitis.

De Potentia appetente.

Appetitus facultas eſt appetendi bonum & auerſandi malum præcedente cognitione: ſine cognitione etiam plantæ appetunt naturaliter. Appetitus duplex, iraſcibilis, cuius ſedes in corde, concupiſcibilis, cuius ſedes in anima, ſicut & prima origo ſenſuum eſt in cerebro. Actiones appetitus vocantur paſſiones animi. Sunt ſex paſſiones iraſcibilis appetitus, amor & odium, deſiderium & auerſio, triſtitia & lætitia. Sunt ſex paſſiones concupiſcibilis ſpes, deſperatio, timor, audacia, ira & ſegnities. De quibus Philoſophi Morales.

De Potentia mouente.

Motus eſt triplex; vnus arbitrarius, qui fit miniſterio ſpirituum per neruos motorios, aut aliquid analogum. Alius eſt vitalis vt eſt pulſus cordis, alius medius, vt reſpiratio: ad reſpirationem pertinet vox & ſermo. Diſtinguuntur, quod vox ſit ſo-

nus inarticulatus factus ad aliquid ſignificandum: ſermo eſt vox articulata facta ad enuntiandum conceptus animi.

De Intellectu & voluntate.

Hæc res tota Philoſophorum eſt, nec enim morbi intellectus & voluntatis à Medico, ſed à Philoſopho curantur, attamen quia in omnibus mente conſtare bonum eſt; hæc pauca dicantur. Intellectus eſt facultas percipiendi res, etiam incorporeas, ſpiritales & infinitas abſque organo corporeo. Voluntas eſt appetitus rationalis, quo etiam incorporea & vniuerſalia & infinita appetimus abſque organo corporeo.

Hactenus de Phyſiologia.

PATHOLOGIA.

Quid illa?

Eſt pars MEDICINÆ, quæ inſalubria tractat.

Quæ inſalubria?

Quæ ſunt contra naturam & præter naturam. Contra naturam ſunt cauſa morbi, morbus, & ſymptoma ſeu accidens quod morbum ſequitur. Præter naturam eſt affectus corporis qui actionem lædit, vt eſt fœdus color. Præterea ſunt ſigna quædam quæ præcedunt, comitantur aut ſequuntur morbum.

Quotuplex Pathologia?

Vna contemplatrix morbi, alia curatrix ſiue therapeutica morbi cogniti, quia non intellecti nulla eſt curatio morbi.

Partes Pathologiæ contemplantis.

Prima eſt de morbis generatim, alia particulatim. Pars

Pars generalis de morbis. Nomina.

Vocatur morbus quaſi μοῖρα βίου: id eſt, fatum & Parca vitæ: vocatur πάθος: id eſt, affectio & paſſio, quia ab omni morbo male afficimur & patimur.

Quid morbus?

Eſt affectus contra naturam corpori inſidens, vel eſt affectus contra naturam, actionem primò lædens. Dicitur, affectus: eſt omnis corporis mala conſtitutio, ſeu diatheſis: diſtinguitur ab affectione, quia morbus ſeu affectus eſt effectus effectionis id eſt mutationis, ſeu motus & paſſionis contra naturam, vt à ferro dum adigitur in corpus, patimur & malo afficimur: hęc tamen affectio non eſt morbus, ſed vlcus aut vulnus, quod inde prouenit, affectus ſeu morb⁹ eſt. Dicitur, actionẽ primò lædens, id eſt, immediatè, nam etiam cauſa morbi lędit actionẽ, ſed inter cauſam morbi & actionẽ læſam intercedit morbus: deinde læſa actione non pro-

pterea læditur facultas, licet morbi ſint qui vtrumque lædant, vt cæcitas, ſurditas.

Quæ eſt cauſa materialis morbi ſeu ſubiectum?

Eſt corpus, ſed in corpore 3. ſunt, pars vt vena, contentum in parte, vt ſunt humores omnes & ſpiritus: 3. eſt actio; in parte eſt morbus, in contentis eſt cauſa morbi: in actione eſt ſymptoma morbi.

Quotuplex morbus ratione ſubiecti?

Triplex; ſimilaris in parte ſimilari, eius temperamentũ deſtruens: organicus in parte inſtrumentaria, eius ſymmetriam euertens: morbus communis ſeu ſolutio continui, continuitatem partium diſſoluens, vt vulnus.

Quæ eſt formalis cauſa morbi?

Vel habitus, vel diſpoſitio: hinc duplex morbus, vnus hecticus ſeu habitus diu manens non facilè mobilis, vt podagra, febris hectica: alius eſt morbus ſcheticus,

id eſt, in diſpoſitione, vt febris diaria vnius diei.

Quæ cauſa finalis morbi?

Vel aufert, vel minuit, vel auget, vel peruertit actionem; aufert vt lethargus actionem ſenſuum; minuit vt leuis inflammatio; auget vt pauores in inſomniis; peruertit vt melancholia, phreneſis.

Quę eſt cauſa efficiens morborum?

Duplex: vna externa, ſeu procatarctica ſeu euidens: alia interna ſeu abdita. Externa eſt quæ extrinſecùs corpori vim infert, vt aqua, aër, cælum, & vocatur θεῖον, id eſt, diuinum: hæc eſt vel neceſſaria & ineuitabilis, vt aër, aqua in ſpecie, ſine quibus vita non conſtat: vel eſt non neceſſaria & euitabilis, quæ eſt vel naturalis, vt hic aër, hæc aqua in indiuiduo: vel eſt fortuita vt gladius, morſus beſtiarum &c. Interna eſt quæ in ipſo corpore exiſtit: Eſt duplex, vel antecedens, vel coniuncta, ſiue proxima, immediata & continens. Antecedens eſt quæ primò mouet & fouet morbum, ſcilicet plethora & ca-

cochymia; abundantia ſcilicet & malignitas humorum. Coniuncta eſt quæ immediatè morbum efficit, & ei parti in qua morbus eſt impacta eſt: ſiue qua poſita ponitur morbus, qua ſublata auffertur morbus, vt calculus in veſica. Interna iterùm vel eſt congenita, vel poſtgenita. Congenita vel eſt naturalis, vel præter naturam: naturalis eſt contrarietas elementariarum qualitatum ex quibus conſtamus, & quæ in ſe mutuò agunt, ſe mutuò tandem debilitant & conficiunt: vnde ſenium, morbus & mors. Congenita præter naturam eſt vitium ſeminis præſertim paterni, & vitium ſanguinis materni: hinc morbi hæreditarii in filios, non tam poſſeſſionum quàm morborum hæredes: hinc mater grauida, quibus affectibus afficitur, eoſdem in fœtum tranſfundit: gaudeant ergo bene nati: dent ergo operam liberis tantū bene habiti parentes. Interna poſtgenita eſt quæ iam natis euenit, vt calculus, putredo, &c.

Qualis morbus?

Primò omnis morbus habet ſymptomata. 2. habet ſigna omnis morbus.

Digitized by Google

Quid ſymptoma?

Quod morbo aduenit, quod à morbo profectum eſt & eum ſequitur, dummodo actionem non lædat: nam aliquando à morbo naſcitur aliquid quod actionem non lædit, vt fœdus color, & eſt ſymptoma; aliquando actionem lædit, & eſt non ſymptoma; Sed morbus conſequens: vt ex intemperie iecoris nata intemperies ſtomachi morbus eſt, quia actionē lædit.

Quotuplex ſymptoma.

Triplex, actio læſa, ametria ſeu immoderatio excretorum & retentorum: ſimplex affectus. Sub actione læſa comprehenditur dolor, tùm quia vix actio læditur ſine dolore, id eſt, ſiue triſti ſenſu: tùm quia tot ſunt dolores quot ſunt ſenſuum functiones, vt oculus nimio lumine; & auditus nimio fragore obrutus dolet: maximus tamen eſt dolor tactus, quia communis eſt omnibus ſenſibus. Simplices affectus maximè continent obiecta ſenſuum præter naturam, vt ſi quis fœdos odores aut ſapores aut colores præter naturam ſentiat.

Significatio & diuerſitas ſigni.

Omne ſymptoma ſignum eſt, ſed non

è contra;cauſa enim antecedens vt aër peſtilens ſignum morbi eſt, non tamen ſymptoma. Signum vel eſt ſanitatis, vel morbi, vel neutrum. Hîc de ſignis morbi loquimur, ſcilicet inſalubribus.

Quid ſignum inſalubre?

Quod partem ægram, morbi cauſam & ſpeciem, morbique euentum ſignificat.

Quotuplex ſignum inſalubre?

Vnum ſyllogiſticum ſeu pathognomonicum ſiue neceſſarium, quod cum morbo incipit, morbum comitatur, & cum eo deſinit; eſt autem hoc ſignum collectio ſiue ſyndrome multorum accidentium, vt in Phyſiognomia ſtultum eſt credere vni ſigno, ita in morbo: alia ſunt ſigna veroſimilia ſeu συνεδρεύοντα, id eſt, incidentia, & ſunt accidentia quæ non ſemper morbum comitantur.

Quotuplex vtrumque ſignum?

Vnum eſt, ἀναμνηστικὸν, id eſt, rememoratiuum præteritorum, vt capilli, effluuiũ Veneris. Alterum διαγνωστικὸν, id eſt, demõſtratiuum præſentis morbi, vt pulſus vehemens caloris febrilis. 3. eſt προγνωστικὸν ſignum euentus morbi.

Species & differentię morborum.

Morbus vel eſt ſimilaris, vel organicus, vel communis, vt ſuprà.

Species morbi ſimilaris.

Morbus ſimilaris natiuum temperamentum partis deſtruit. Triplex eſt, vnus morbus materiæ & vocatur immoderatio materiæ, cùm nimis dura aut mollis, denſa aut laxa, rara aut tenuis eſt. Alius eſt morbus temperamenti, id eſt, intemperies quæ eſt duplex: vna ſimplex, cùm vna qualitas excedit, vt intemperies calida: alia eſt intemperies compoſita, cùm duæ qualitates excedunt, vt intemperies calida & ſicca ſimul: iterùm intemperies eſt nuda quæ peccat ſola qualitate, vt cùm ſolus calor abundat, & vocatur φλόγωσις: alia eſt cùm quantitas ſimul cum materia abundat, v. g. calor cum ſanguine putreſcente, & eſt phlegmone. Tertius morbus ſimilaris eſt formę corruptela, ſeu morbus totius, qui calidum innatum, facultates & formam ri-

per ſe deſtruit. Hic morbus vel eſt manifeſtus, vt vlcus malignum, vel eſt occultus à cauſis abditis, & hic eſt triplex. 1. Peſtilens ex aëre aut aqua, tùm aliunde, tùm maximè à maligno ſiderum aſpectu & luminum defectu illatus, ſeu deinde maior ſit morbus vt peſtis, ſiue lenior, vt iam in caſtris exanthemata purpurea. ſiue ſit inſuetus vt nouo ſiderum influxu, ſudor anglicus, ſeu ſit non inſuetus. 2. eſt contagioſus, à contagione ſeu contactu alicuius veneni externi. vt lues venerea. 3. venenatus eſt, vel ex veneno in nobis genito, vt à ſemine aut menſtruo corrupto, vel à veneno aſſumpto, vt à cantharidibus.

Species morbi organici.

Organicus eſt qui ſymmetriam inſtrumenti peruertit & vſum lædit: eſt quadruplex, 1. magnitudinis aut paruitatis, vt maiori capite ſunt ſtolidi, minore ſunt indociles. 2. eſt numeri abundantis aut deficientis, vt hermaphroditæ numero abundāt, Polyphemus vnioculus numero deficit. 3. in ſitu, vt labeones labris nimiũ propendentibus. 4. eſt conformationis,

& 1. in figura, vt ſimones naribus ſimis, 2. in meatu, vt mulieres vix perforatæ ad conceptum. 3. cùm pars aſperior aut lęuior eſt, vt vterus.

Species morbi communis.

Morbus communis ſimilaris partis temperiem, & vſum organicæ tollit: dicitur ſolutio continui, prout variæ ſunt partes varia eſt ſolutio. 1. tumores, vulnera & vlcera in carnoſis partibus. 2. caries & fractura in oſſibus. 3. laxitas & luxatio articulorum. 4. in neruis conuulſio, in ligamento diuulſio. 5. excoriatio in cuticula.

Species accidentales morborum. Diuiſio 1.

Morbus vel eſt diſpoſitus, vel communis, & hic vel communis eſt vni familiæ aut genti, & dicitur endemius, vt bronchocele Alpinis: vel eſt communis omnibus, & vocatur epidemius, vt peſtis.

Diuiſio 2.

Morbus vel eſt idiopathia, ſcilicet morbus

primarius &c. inſidens parti, vel eſt ſympathia ſeu morbus per conſenſum, qui alterius partis laborantis vitio factus eſt, tùm quia aliquid in partem influit quod non deberet, vt cùm ex ventriculo tetri vapores in cerebrum affluunt: tùm quia aliquid non influit quod deberet propter obſtructionem, vt cùm cerebro laborante oculus non videt, quia neruus obſtruitur.

Diuiſio 3.

Morbus vel externus, vel multiplex ex diuerſis vnus eſt qui in vna parte eſt, vt intemperies ventriculi, vel in pluribus partibus attamen continuatis, ſic febris in omnibus partibus ſimilaribus vnus morbus eſt. Multiplex & diuerſus qui eſt in diuerſis partibus, vt inflammatio pedis & manus, vel qui ſpecie diuerſus eſt, vt vlcus & obſtructio. Vnus morbus vel eſt ſimplex, vel compoſitus, ſimplex eſt vnius ſpeciei: compoſitus eſt qui ex multis eidem parti inſidentibus conflatus eſt, vt in ventriculo vlcus & intemperies. Vnus morbus vel eſt implicatus, cùm ad vnam functionem lædendam conſpirant, ſeu.

idem ſymptoma faciant, vt pleuritis & aſthma reſpirationem lædunt; vel eſt cõnexus, cùm vnus ex alio neceſſariò ſequitur, vt febris ex pleuritide.

Species & differentiæ cauſarum externarum & euidentium.

Vel ſunt ſupra naturã, ſcilicet Deus, qui morbos ſępe immittit, vel quaſi ſupra naturam, vt Angeli, dęmones, incantamenta, magicæ artes, vel ſunt naturales, ſcilicet cœlum, elementa, ſiue aër & aqua; item alimenta, excreta & retenta, labor & quies, ſomnus & vigilia, paſſiones animi.

De Cœlo.

Vario aſpectu, influxu & luminis defectu morbos generat, hinc vnà cum anni temporibus hominum ventriculi mutantur.

De Elementis, potiſſimum aëre.

Noſtra anima abſque animo ſeu ſpiritu & aëre non permanet: aër cauſa morborum eſt, primò ſi ſubſtantia ſit cor-

ruptus, vt diù incluſus, aut à tetro fœtore, terræ-motu inquinatus, aut à cælis mutatus, & generat peſtilentes morbos. 2, ſubita mutatione 7. nimirùm partium anni, 2. æquinoctiorum ſcilicet & 2. ſolſtitiorum, quæ vocantur quadræ anni; item ſub canicula, Pleiadibus, & Arcturo: Hinc morbi hyberni, autumnales, &c. item peregrinationibus, quibus eſt mutatio aeris. 3. intemperies, ſcilicet vel à ventis frigidis, à quibus deſtillationes oriuntur, vel à calidis, à quibus humores liquefiunt. Aquæ ferme omnes niſi excoquantur malæ, & cruditatum cauſæ, peiores in vallibus quàm in montibus, à quibus non ita viuidus color. Terra verò ſimiles ſui producit incolas.

De alimentis.

Sunt morborum cauſę primò cùm difficulter coquuntur, id eſt, cùm vel ipſa vel vapores ipſorum exhalant in vniuerſum fermè corpus qualia ſunt calidiora cępe, allia, vinum meracum. 2. qualitate cùm nimis frigida vt lactuca, nimis calida vt piper: licèt enim alimentum verta-

tur in noſtram ſubſtantiam, ſemper tamen aliqua qualitas elementorum in ſanguine remanet: ſic ex lactuca, portulaca fit ſanguis frigidior: propterea craſſa lentum & melancholicum generant ſuccum, vt caſtaneæ, bubula, panis azymus. 3. quantitate, & hęc vel exceſſu, gula enim mater morborum, hæc generat cruditates, multa excrementa, quę non facilè eiiciuntur, calorem à partibus aliis ad ventriculum aduocat, ideóque aliæ partes animaleſque facultates torpent: vel hoc fit inedia, per quam omnes humores efferantur: in bilioſis, ſcilicet bilis, febres ardentes, amarorem oris generat; in melancholicis metum & mœrorem: in pituitoſis deſtillationes, nauſeam & vomitum.

De excretis & retentis.

Neceſſariò ſequuntur alimentum excrementa ſcilicet vel generalia, fæces, vrinæ, ſordes: vel particularia, bilis, limus, ſemen, menſtrua, hæmorrhoides, lac, mucus, ſputum, ſi ſimul & ſemel excernatur, vt in hydropicis aquæ, in ſuppuratis pus, ſpiritus deiiciunt: ſi verò nimis

ſint retenta, putrent & febres aduocant.

De motu & quiete.

Vtroque opus, quod caret alternâ requie durabile non eſt: motus nimius inflammat ſpiritus, febres creat ardentes, aliquando ita laxat membranas vt enterocelen excitet & fibras rumpat: vnde pleuritis à ſanguine effuſo aut tumores aut dolores capitis & febres ſynochi. Motus autem præſertim à cœna aut prandio præſertim in corpore impuro incoctum alimentum ad habitum corporis amandat, vnde ſcabies & pruritus. Quies verò nimia, vt ignauum corrumpunt otia corpus: frigidos morbos præſertim in pituitoſis & ſenibus catharros ſcilicet & apoplexias generant.

De vigilia & ſomno.

Vita noſtra vt ferrum eſt: ſi vtaris, atteritur; ſi non vtaris rubiginem contrahit. Vigiliis nimiis ſpiritus animales diſſipantur, & attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes. Somnus longior refrigerat

excrementitiis humoribus corpus graue, animum ignarum hebes ingenium facit, vt in pueris.

De paſſionibus animi.

Harum aliquæ vt odium, triſtitia, metus, inuidia, ſpiritus & ſanguinem ad cor tanquam ad centrum aduocant, ideóque vltima concoctio ob abſcentiam caloris impeditur, & atra bilis generatur. Aliæ à centro euocant ad habitum corporis, vt amor deſiderium, voluntas, ſpes, audacia, indignatio à quibus & morbus, & mors fit diſſipatis ſpiritibus.

Species cauſarum internarum.

Quadruplex eſt, corruptela, alteratio, inanitio, repletio. Corruptela formam qualitate occulta deſtruit, ſicut venena. Alteratio qualitate aperta temperamentum deſtruit vt calor, frigus. Inanitio eſt hominis nimia euacuatio, ſeu vtilium, ſeu inutilium humorum. Repletio eſt triplex, 1. eſt in 1. regione corporis ab oro vſque ad iecur: ſic in ventriculo eſt cru-

ditas chyli; deinde ſaburra in meſenterio. Alia repletio eſt in venis & iecore, & arteriis: eſt duplex, vna malignorum humorum cacochymia, alia abundantia bonorum humorum, & eſt plethora, ſiue ſit vniuerſalis omnium humorum, ſiue ſit particularis vnius ſcilicet aut alterius humoris: plethora vel eſt ad vaſa, cùm ob plenitudinem periculum eſt ruptionis; altera eſt ad vires, quam vires ferre non poſſunt. In 3. regione quæ eſt in ſingulis partibus eſt humor infuſus aut impactus comitans morbum.

Species cauſarum morbi ſingularis & organici.

Hæ non ſunt aliæ quàm cauſæ generales ſiue externæ ſiue internæ.

Species cauſarum morbi communis.

Inter morbos communes frequentiores ſunt tumores: tumorum calidorum cauſa eſt fluxus, ii ſunt eryſipelas, tumor calidus ex billioſa materia; alius eſt phlegmone, humor ex ſanguine. Tumorum frigidorum

Digitized by Google

frigidorum cauſa eſt clauſus ſeu congeſtio : frigidi tumores ſunt ſcirrus ex materia terreſtri dura : œdema tumor ex pituita: phyſema tumor ex flatu.

Cauſæ ſymptomatum.

Quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, id autem quod morbum efficit eſt cauſa morbi , morbus eſt cauſa ſymptomatis, ergo eadem cauſa morbi & ſymptomatum.

Species & cauſæ ſignorum. De ſignis Diagnoſticis.

Diagnoſtica ſigna ſunt alia quæ idæā morbi ſignificant , ſiue quæ morbi ſpeciem, cauſam morbi & ſedem ſignificant ſeu partem affectam. Alia ſunt, ἐπιγινόμενα. id eſt, ſuperuenientia, quæ morbi magnitudinem ſignificant: v. g. ſuperueniens pleuritidi phrenitis. Alia ſunt ἐπιφαινόμενα. id eſt, apparentia , quæ nempe exeuntia manifeſtè ſe produnt, vt excrementa, vt ſputum in pleuritide.

De prognoſticis ſignis.

Prognoſtica quæ finem præſignificant ſunt quadruplicia, id eſt, pathognomica, eadem enim quæ morbū, ſæpè euentum morbi ſignificant: alia ſunt peptica, id eſt, ſigna coctionis & cruditatis, vtrum materia morbifica cocta ſit an non. Alia ſunt ſigna criſima, id eſt, decretoria vel potius ſecretoria & excretoria humoris morbifici. Alia ſunt abſolutè prognoſtica, quę mortem aut ſanitatem futuram prænunciant. Iterum hæc ſunt ordinaria & regularia, vel extraordinaria & quaſi præter naturam videlicet pediculi aufugientes ab ægroto ſignum mortis, vrtica in vrinam ægri immiſſa ſi mareſcat ſignum mortis, ſi laridum pedi ægrotantis applicitum canis non comedat ſignum mortis. Ordinaria ſumuntur ex actionibus, id eſt, ex vitalibus ſcilicet ex pulſu, & vocatur ſphygmice, 2. ex animalibus actionibus præcipuè ex ſomniis, & vocatur ὀνειρομαντία. 3. ex naturalibus præſertim eiectionibus, quæ pars Medicæ triplex, ſcatomantia ex fæcibus, ouromantia ex vrinis, hydromantia ex ſudoribus prædicens.

Digitized by Google

Signa diagnoſtica partis & morbi.

Iiſdem fermè ſignis & pars affecta & affectus partis ſeu morbi ſpecies cognoſcitur. Sunt autem hæc ſigna, 1. actio læſa, ea enim pars ægra eſt cuius actio fit ægrè. 2. dolor, in qua enim parte dolor in ea eſt morbus. 3. excrementa hæc enim nunciant foras ea quę intus geruntur, quia excrementa vel à partibus reiiciuntur, vel ſunt portiones humorum, ideóque ſunt ſimilia partibus aut humoribus. 4. Eſt decubitus ægri, ſi enim pars interior affecta eſt, facilius in affectum latus decumbit: ſi externa pars affecta eſt, facilius decumbit in oppoſitum latus.

Signa diagnoſtica cauſę externæ.

Cauſæ externę comprehenduntur nomine diætę, hæ non poſſunt ſciri aliis ſignis quàm ex relatione ægri aut circumſtantium, nempe quo aëre, quo cibo &c. vſus fuerit: de his ſedulò igitur interrogandus ægrotus.

Signa diagnoſtica cauſę continentis.

Primum eſt partis alius color, quadruplex autem color obſeruandus, niger & ſubuiridis eſt melancholici humoris ſignum, ruber ſanguinis, albus pituitæ, flauus & citrinus bilis flauæ. 2. eſt partis alius dolor: quadruplex potiſſimum dolor eſt. 1. pungens eſt ſignum acris & bilioſi humoris: 2. eſt pulſans ſignum à nimio ſanguine qui premit arterias. 3. eſt humor contundens, & quaſi frangens, & eſt non tam ſanguinis quàm melancholiæ & pituitæ peccantis ſignum. 4. eſt dolor tendens, & ſi ſit cum leuitate eſt ſignum flatus. 5. eſt alia atque alia ſpecies excrementi; à diuerſis enim partibus diuerſa excrementa, vt à cerebro, ventriculo, inteſtinis, pituita, &c.

Signa diagnoſtica cauſæ antecedentis.

Ordinariè ex vniuerſo corpore aut viſcere aut parte nobiliori in aliam partem protruditur humor, ideò noſcendum quiſnam humor prædominetur, is enim

eſt cauſa antecedens morbi. Signa ſunt igitur vel à corpore vel ab anima. A corpore ſignum 1. eſt color totius corporis, præſertim verò color cutis in facie & vnguibus; totius quidem corporis, quia cutis refert colorem dominantis humoris: faciei verò, quia hæc cutis vna omnium non eſt diſiuncta à ſubiecta carne, & facies non tantum eſt imago animæ & paſſionum latentium, ſed etiam humorum, ideò ô quàm difficile eſt mentē non prodere vultu: ex vnguibus verò, ii enim ordinariè humoris dominantis colorem referunt, ſignum minimè omnium fallax. 2. ſignum à corpore, eſt habitus corporis qui eſt triplex vel mediocris, & vocatur εὐεξία, id eſt, bona habitudo laudabilis ſignum ſanguinis, vel nimis aucta eſt moles carnis, & vocatur πολυσαρκία; ſignum ſanguinis abundantis, vel nimis eſt macilentus, & vocatur ἀτροφία ſeu καχεξία ſignū humorum peccantium. Ab anima verò. 1. ſignum eſt à potentia appetente, id eſt, à moribus, lætitia enim riſus, venus &c. ſignum ſanguinei humoris, ſed ex ieiuno preſertim mores aduertendi. 2. à facultate ſentiente, præſertim in inſom-

Digitized by Google

niis: hęc autem ſigna ſunt humorum dū-modò iomnia non referant ea quæ diximus, fecimus aut cogitauimus, nam alia oriuntur ex corporis conſtitutione, quod enim corpus vehementer premit in ſomno inſomnium facit, hinc ſi corpus videtur pondere premi ſine ephialte, ſignum eſt multum humoris peccantis, ex altiſſimo in profundū pręcipitari corpus, periculoſis humoribus repletum eſt: vulnerari aliqua parte, illic ſignificat eſſe cauſam morbificam. 3. ex potentia vitali ſeu pulſu. 4. ex potentia naturali, ſcilicet ex iis quæ egrediuntur è corpore, & ex iis quæ corpus admittit: facilè enim ſe habere ad externa quęuis, bonum ſignum eſt.

Signa diagnoſtica plethorę.

Faciei color præter morem nimis rubicundus: habitus corporis carnoſus, & facile ab æſtu & exercitatione venæ turgeſcentes. Animi mores hilares. Inſomnia iucunda & plena lætitiæ: pulſus frequens, magnus, plenus: vrina copioſa, ſudor quauis occaſione multus. nec tamen graueolens: facilis externarum rerum tolerantia.

Signa diagnoſtica bilis.

Color faciei & oculorum pallidus aliquando cum puſtulis: habitus ſiccus, macer, gracilis, venæ amplæ, diſtentæ: audacia, vindicta, ira; inſomnia belli, furoris, iracundiæ, ſplendeſcentia: pulſus, vehemens, frequens & durus. Vrina flaua, flammea, acris, bilioſæ vomitiones: frigidorum appetentia, & facilis tolerantia.

Signa diagnoſtica melancholiæ.

Faciei color fuſcus, nigricans interdum maculis aut ſcabie nigra conſperſis. Corporis habitus ſiccus macilentus, aſpectus horridus, mœſtus. Alii motus, mœſtitia, taciturnitas, ſolitudo, inſomnia ſpectrorum plena, cœnæ, nigra cadauera, mortes: pulſus paruus, tardus, ſubdurus. Vrina tenuis & alba, & aliquando craſſa, liuida viridis, nigra, aliquando hæmorroides, varices: facilis tolerantia eorum quæ bonum ſuccum generant.

Signa diagnoſtica pituitæ.

Color albicans, plumbeus, liuidus: habitus corporis eſt moles ampla obeſa, mollis, frigida; animi mores tardi, obtuſi: inſomnia aquarũ, pluuiæ, niuis, & ſubuerſionum: pulſus paruus, tardus, mollis: vrina alba, pallida, aliquando tenuis, aliquando craſſa & turbida, vomitiones pituitoſæ, deiectiones ſpontaneæ, corpus, madore ſæpe diffluens, expuitiones crebræ ſine tuſſi.

Signa diagnoſtica flatus.

Color albicans. Moles inflata. Inſomnia rei currentis, volantis. Frequens aurium tinnitus, frequens ructus: flatus & ſonus in ſiniſtro præſertim hypochondrio.

Digitized by Google

De ſignis prognoſticis. Signa prognoſtica mortis.

Si cum corporis & artuũ grauitate vngues & digiti liueſcant, mors propinqua eſt. Quando cum dementia tremor adeſt, mors propinqua. Quãdo æger eſt cum ſilentio & quiete, & videas oculos circumagentes ac ſpiritũ ſublime introducentes, mortiferum. Quę abſque ſignis miteſcunt & ſine cauſa leuantur, meliuſque habere videntur, aut cùm prauis ſignis miteſcunt mortale.

De ſignis criticis. Quot modis ſoluuntur morbi?

Morbi longi ſeu chronici tolluntur λύσει id eſt, paulatim & inſenſibiliter euacuata materia: morbi acuti κρίσει, id eſt, repentina & magna naturæ euacuatione.

Quid ſigna critica?

Quæ criſim aut pręcedunt, aut prænunțiant, aut comitantur, aut ſequuntur

Quid criſis?

Criſis dicitur à κρίνω id eſt, iudico, ſeu potius excerno ſeu decerno, quia per criſin malus excernitur humor. Criſis ſignificat 1. naturæ cum morbo certamen & duellum, quod certis & ſtatis fit diebus criticis. 2. noxii humoris excretionem quæ criticis fit diebus 3. quamuis morbi ſolutionem: propria criſis eſt 2. modo. Sic definitur criſis, eſt repentina in morbis mutatio ad ſalutem vel mortem, ſiue eſt humoris morbifici repentè facta excretio à natura.

Quotuplex criſis.

Vna eſt bona, & duplex eſt, vel critica & perfecta, quæ fit die critico, vacuato penitus humore: alia imperfecta non omnino vacuato humore, quæ morbum non tollit, ſed minuit, aut recidiuam facit. 2. criſis eſt mala ſeu ſymptomatica quæ non fit à natura, ſed propter violentiam morbi, aut copiam humoris morbici quæ mortem accelerat, aut quę mor-

bum auget. Criſis iterum vel eſt excretio ſeu effluxus humoris mali, vel eſt abceſ-ſus, ſeu decubitus humoris ab vna parte in aliam. Excretionis ſpecies ſunt hæmorragia, id eſt, effluuium ſanguinis, ſudor, vomitus, diarrœa, perirrœa, id eſt, fæcum aut vrinæ profluuium.

Qui & quales ſunt dies in morbis?

Dies morborum alii ſunt critici, ſeu iudices, ſeu fœcundi, ſcilicet 7. 14. 20. 21. 40. 60. 80. 100. poſtquē non amplius per dies, ſed per 7. menſes numeramus, poſtea per annos. Alii dies ſunt indices ſeu aliquando critici ſeu contemplabiles, ſcilicet indicant quid diebus fœcundis futurum ſit, & ſunt 4. index 7. 11. 14. 17. 20. aut 21. Sunt intercidentes ſeu proritantes naturam, ſcilicet in 1. ſeptimana 3. & 5. in 2. 9. & 13. in 3. 19. Alii præter iſtos ſunt vacui & medicinales, inter quos peſſimus eſt 6. ideoque tyrannus dierum dictus.

De ſignis antecedentibus criſim.

Antecedentia ſunt quæ ſignificant aut ſpeciem criſis, aut diem criſis futuræ. Tempus ſignificant vel propinquè vel remote: Propinquè quidem nox præce-

dens criſim, quæ ſolito eſt inquietior, grauior & difficilior. Remotè verò ſunt cruditatis & coctionis ſigna apparentia, quæ morbi longitudinem aut breuitatem indicant, vel ipſamet morbi ſpecies, quod criſis futura ſignificat: morbi enim perperacuti quæ 4. 7. die criſim habent, morbi peracuti 14. Signa quæ ſpeciem criſis futuram ſignificant, ſunt hæc 1. morbi acuti per excretionem, cronici ſoluuntur per abſceſſum 2. ſpecies partis ægrotantis, nam ſi ventriculus laboret inflammatione per vomitum aut fluxum alui criſis erit, &c. 3. ætas, quia iuuenibus per hæmorragiam, ſenibus per alui profluuium ordinarie fit criſis. 4 ſecundum conſuetudinem, ſi aliquis enim vomitu aſſuefactus ſit, fiet criſis ordinariè per vomitum.

De ſignis comitantibus criſim.

Sunt ea quæ cum ipſa criſi apparent, & bonam & malam eſſe indicant: Excretio bona requirit quatuor. 1. qualitatem, vt peccans & coctus humor excludatur. 2. quantitatem, vt totus excludatur: hinc exigui vomitus aut exigui humores parum proficiunt. 3. debitum tempus &

diem: morbi enim ſunt 4. tempora, principium, augmentum, vigor ſeu ſtatus, & declinatio. criſis in ſtatu fieri debet. Dies criticus iam præſcriptus eſt. 4. modum, id eſt, vt è directo fiat, vt per naturales ductus conuenientes. Abſceſſus 3. requirit. 1. vt fiat in partem ignobiliorem & remotam à parte affecta, vt à pulmone, pulmonis inflammatione ſi fiant parotides. 2. vt fiat ſecundum rectitudinem partiũ. 3. vt propter quod fiat, conſtet.

De ſignis ſequentibus criſim.

Tria ſunt, 1. facies bene colorata, & ſi antea intumuerat iam detumeſcat. 2. vt actiones ſanorum ſimiles ſint. 3. vt excrementa ſint ſimilia ſanorum.

De ſignis ſphygmicis, ſiue ex pulſu. Quid pulſus?

Eſt motus cordis & arteriarum ad temperandum calorem naturalem conſtans ex diaſtole per quam recipitur aër, & ex ſyſtole per quam expellitur fuligo.

Quotuplex pulſus, & quid ſignificet?

Pulſus vel abſolutè ſpectatur, vel comparatè. Abſolutè vel ſecundum cauſam mouentem ſeu efficientem; vel ſecundum mobile ſeu ſubiectum, vel ſecundum quantitatem ſeu ſpatium, vel ſecundum tempus. Comparatè vel ſecundum proportionem, vel ſecundum æqualitatem, vel ſecundum ordinem.

De *pulſibus abſolutè ſpectatis.*

Secundum cauſam efficientem pulſus vnus eſt vehemens, qui validè & firmè tactum ferit, eſt à forti facultate, ideóque bonus: alius eſt languidus & debili facultate, ideóque malus. Secundum ſubiectum ſeu mobile, id eſt, arteriam, pulſus vnus eſt durus, cum ſiccior & durior arteriæ tunica occurrit, & fit à ſiccitate, ab inedia, triſtitia, cura; ideóque malus, & ſi ſit pariter vbique durus, vt in febre hectica vocatur ſerratus, & eſt peior: alius eſt mollis propter humiditatem, balnea, ſummum otium, & pariter non eſt bonus:

aliter vel eſt plenus cùm arteria dilatata plenior ſentitur ob humorum copiam, ob cibi & potus abundantiam; alius eſt vacuus, & tanquam plenus vento. Secundum qualitatem, pulſus vel eſt longus, vel eſt latus, vel altus, vel magnus, & ſic in omnes ſimul dimenſiones extenditur, & hi ſunt boni: prauus verò, humilis &c. ſemper malus eſt, ideóque pulſus minimus eſt inſtante morte. Secundũ tempus, velox eſt vel tardus: velox vires conſtare denotat, ſed vſum eſſe auctũ. Iterum vel eſt frequens ſeu creber, cùm nempe breue tempus inter ſyſtolem & diaſtolem intereſt, & ſignificat vſum eſſe auctum cui vires vix ſatis ſunt.

De pulſibus comparatis, & quid ſignificent.

A proportione diuiduntur, nam vel ſunt proportionati naturæ, morbo & ætati, vel non, illi boni ſunt, hi non: conſtat autem viri pulſum maiorem eſſe quàm feminæ, iuuenis quàm ſenis. Secundum qualitatem, vel æquales ſunt pulſus, cùm nempe omnes pulſationes ſunt æquales;

vel inæquales ſunt pulſus ſiue ſint inæquales in vna & eadem parte arteriæ ſub vno digito, vel in diuerſis partibus ſub diuerſis digitis: inæquales vel ſunt æqualiter inæquales, vel inæqualiter inæquales, id eſt, cùm paulatim deficit pulſus, aut paulatim reficitur, vt cùm primo ſecundus eſt minor deficit, & vocatur μύουρος, deficiens: cùm verò paulatim vires reſumit, & primo ſecundus eſt maior, vocatur μύουρος reciprocus: ordinarie autem myuris deficiés ita ſe habet, vt ex vndoſo fiat vermicularis, ex vermiculari formicans. Iterum vel eſt intermittens ſeu inſperatò deſinens, vel eſt intercurrens, ſeu inſperatò deſinens, vel eſt intercurrens, ſeu inſperatò inter duos eminens. Secundum ordinem vel eſt ordinatus, & in ſanis bonum eſt, vel eſt inordinatus, & in ægris bonus eſt.

Scatomantia ſiue ſigna ex fæcibus ſeu excrementis primæ coctionis. 1. ex ſubſtantia fæcum.

Subſtantia fæcum vel eſt propria, vel cum aliis permixta: ſecundum primam ſi

ſi habent diſtractas partes, bonum non eſt: Secundum ſubſtantiam permixtam vel flatus, vel humores, vel tela, vel lapides, vel vermes permiſcentur. Si fæces ſpumoſę & flatulentæ, niſi hoc fiat à cibis flatulentis, aut extraneo calore, ſignificant ebullitionem, colliquationem, incendium. Si ſint ſanguineæ, ſunt malæ, niſi hoc fiat ab hæmorrhoidibus: ſi pituitoſæ, purulentæ, chyloſæ malæ ſunt: ſi vitrus adiunctum eſt, aut quædam tela ſubtilis miſceatur, lethale eſt. Si pituita mixta, frigus magnum ventriculi indicat. Bilis mixta, ardorem iecoris vel veſicæ obſtructionem fert. Humor melancholicus mixtus malũ eſt, niſi in febribus quartanis appareat. Lapides permixti calorem inteſtinorum, & ventriculum crudos humores generare ſignificant. Vermes admixti cruditatem & putredinem: hinc enim inſecta omnia naſcuntur: ſi verò in peſtilentibus febribus eiiciantur, lethale eſt: ſi initio morbi deiiciantur, vel mortem, vel morbi longitudinem ſignificant ob inſignem corruptelam, aliàs malũ non eſt, dummodo viui & deorſùm deiiciãtur,

2. *Signa à quantitate fæcum.*

Multæ fæces aut ſignum ſunt multi cibi excrementoſi, aut cibi qui non facilè coqui poſſit. Proportionatæ alimentis aſſumptis eſſe debent. Si maiores ſint malum eſt, quia humores nimii generantur, ſi minores ſint malum, quia à calore abſumuntur humores. Vel quia diutiùs retentæ capitis dolorem generant.

3. *Signa à qualitate & coloribus.*

Albę malæ, ſignificant enim cruditatē aut humoris albi vt chyli, aut pituitæ per mixtionem vel obſtructionem, & bilis ad alias partes conuerſionem, vnde ſunt phrenitidis primitiæ: nigrę malæ, niſi ſit critica deiectio. Atrabiliariæ & ſplendeſcentes picis inſtar ſunt lethales; vſtionem enim ſignificant & atræbilis commixtionem. Virides malæ, niſi ab alimento vt ab herbis ſic fiant, quia pituitam æruginoſam indicant, putrefactionem & aduſtionem, vt videre eſt in aquis viridibus. Rubræ malæ, niſi ab hęmorrhoidi-

bus. Cinericii coloris, malæ, quia nimiam vſtionem ſignificant. Subflauę & ſubrubræ laudabiles. Flauæ nimirum bilem admixtam & corporis incendium, & ſequuturam dyſenteriam, & inteſtinorum eroſionem ſignificant niſi ſint criticæ. Verſicolores malæ, quia plures affectus & humores malos indicant, niſi hoc fiat à medicamento, ſic enim laudabilis eſt.

A ſono.

Cùm deiiciuntur cum ſono aliquandò laudabile ſt: tum flatum eiici prodeſt præſertim in ægrotis prudentibus & verecundis, aliàs enim ſignificant impotentiam aut etiam delirium. Significat ſonus vel non coctum eſſe, vel abundantiam alimenti, vel otium.

Ab odore.

Nimis graueolentes putredinem ſignificant niſi ſint criticæ, ſi omnino non fœteant, malæ, quia nullam alterationem factam notant, niſi hoc fiat à cibis, vinum enim aromaticum fœtorem aufert fæcibus.

A viſu tactúque.

Liquidæ aut alimentum liquidum, aut cruditatem aut catharrum defluentem, aut obſtructionem, aut ventriculi, iecoris, meſenterii, aut capitis imbecillitatem notant. Durę & ſiccæ ſignificant aut paruum, aut ſiccum alimentum ob calorem nimis deſiccantem, niſi ſint criticę, ſcilicet poſt fluxus. Molles ergo laudabiles. Calidæ niſi fiant à cibis, febres prænũtiant: frigidę lethales in febribus: aliàs enim admixtam pituitam ſignificant.

Signa à modo.

Si fluant fæces non volenti, non ſentienti, malum: frequentes & ſubitę fæces ſunt ab acrimonia humoris. Si aliunde quàm ab aluo eiiciantur, ſunt lethales.

De ſignis ex ſudoribus ſiue hydromantia. Quotuplex ſudor?

Vel eſt proprie ſudor vel mador. Mador eſt duplex, vnus ſyncopticus, nempè

in initio febrium, vt in febribus peſtilentibus & ſignificat vel caloris naturalis extinctionem, vel longitudinem morbi, alter eſt diaphoreticus, & eſt mortis prænuntius.

Quid generaliter ſignificant ſudores?

Sudor omnis ſignificat vel humorum copiam, vel retentricis facultatis imbecillitatem.

Signa ſudoris à ſubſtantia.

Sudor vel eſt craſſus & viſcidus, vel eſt tenuis. Craſſus ſignificat aliquando coctionem, aliquando pituitam craſſam, aliquando colliquationem & aſſationem: ideóque obſtructionem. Tenuis ſudor vel eſt crudus, vel pororum & venarum anguſtiam ſignificat.

Signa à quantitate.

Multus ſudor in ſanis præſignificat morbum: item cutis raritatem & laxitatem: vnde æſtate copioſiùs ſudamus. Item fit à multo potu: hinc qui multùm potant, multùm ſudant. Item calorem hu-

midum, vnde ſanguinei multum ſudant. In morbis multus ſudor qui non minuit morbum, malus eſt. Paucus ſudor, eſt propter inopiam, vt in ſenibus, quorum membra areſacta humorem omnem ebibunt.

Signa à qualitate.

Primò à colore: ſudoris color pallidus eſſe debet, cui nempe aliquid bilis miſcetur ſicut in vrina. Sanguineus ſed rarò ſudor, vel ob tenuitatem cutis, vel ob tenuitatem ſanguinis, vel cùm ſpiritus ita mouentur & mouent, vt venas & poros laxent, & inde tenuior ſanguis exeat. Color antiquis per ſtrigiles collectus & cognitus hodie vel pannis, vel collectione in vaſe vitreo cognoſci poteſt. 2. ab odore, ſi ſudor ſit graueolens ſignificat putredinem aut admixtionem humorum putridorum, vnde ſcabioſi & leproſi ſudor fœtet, vel quia non difflatur ſudor; hinc ſudor ſub axillis malè olet, vel quia magna eſt mutatio præſertim veneris, hinc pubeſcentium ſudor malè olet. 3. à ſapore, aliquando enim ita copioſe ſudant vt in os defluat & ſentiri poſſit ſudor: ſi ſit ſalſus

ſudor eſt naturalis ſtatus, ſi ſit amarus hoc fit propter bilem admixtam, vt fit in icte- ricis. 4. à calore vel frigore. Frigidus ſudor in acutis morbis ſignificat mortem, ſeu ſuperatum eſſe calorem natiuum ; in morbis chronicis, ſignificat morbi longitudinem. Aliquando autem contingit fœtidum eſſe odorem ex alimentis, vt ex porris, cæpis, alliis, rutâ.

Signa à modo.

Sudores qui in morbis cœperunt & ſtatim deſinunt ſunt mali. Sudor generalis à toto corpore bonus ſi mitiget morbum, aliàs malus. Sudor nocturnus ſignificat multum alimentum. Si vna tantum pars ſudet, non bonum, vt ſi caput ſolum aut collum in morbis ſudet. Qua parte ſudor eſt illic morbus eſt. Sudamus magis partibus poſterioribus, quia non habent tot meatus quot partes anteriores. Sudamus magis facie, propter nimirùm humiditatem cerebri.

De lachrymis ſeu lachrymarum ſignis.

Eſt quaſi ſudor quidam oculorum & aqueus humor diſſolutus ab oculis emanans, ideóque lacrymę ſunt ſalſæ ſicut ſudor & vrina.

Signa à ſubſtantia.

Si ſint craſſę, id eſt, faciei genis adhæreant ſignificant coctionem & ſpiſſitudinem à calore, ideóque bonæ: ſi ſint tenues & aqueæ, id eſt, ſtatim à vultu delabantur, ſignificāt cruditatem aut anguſtiam meatuum, vel morborum longitudinem.

Signa à quantitate.

Vel ſunt copioſæ à natura, & hoc malum eſt quia incurabiles: vel ſunt paucæ ob humoris paucitatem in cerebro, & ſunt bonæ.

Signa à qualitate.

Lachrymæ frigidæ ſunt à pauco calore, & niſi ſint à riſu malę. Calidæ à calore capitis, à ſole, à mœrore: ſunt autem calidæ & ſalſæ malę, quia nempe calorem vel

exulcerationem oculorum ſignificant. Lacrymæ aridæ ſeu ſiccæ ſunt quæ exiguæ ſunt, & ſimul vt defluxerunt exſiccantur: Hinc ver & æſtas faciunt ſiccas lippitudines. Lacrymæ in morbis acutis ſignificant apoſtema cerebri, aut aliquod ipſius nocumentum. Lacrymæ inuoluntariæ in acutis morbis, malæ: voluntariæ autem ſunt bonę, dummodò cętera ſigna non mala ſint. Aliquando autem in febribus ardentibus ſignificant eruptionem ſanguinis. Aliquando fiunt ab aëre percellente, hinc qui multùm equitant lacrymantur, aëre vehemente.

Signa & ſaliua & ſputo.

Sputum eſt πλύσμα; ſaliua eſt σίαλον. Saliua quæ ex ore ſine tuſſi eiicitur: ſputum cùm excreatur: ex ſputo & ſaliua de ſpiritalibus partibus maximè iudicatur, id eſt, de iis quę ad reſpirationem pertinent.

De ſaliua à ſubſtantia.

Craſſa eſt, cùm diu retinetur in ore, vt in dormientibus cùm calor diſſoluit tenues partes, vel cùm pituita craſſa à cerebro defluens miſcetur. Tenuior cùm

pars retinetur in ore, quia crudior eſt, vel quia pituita tenuis à capite defluit. Spumoſa eſt ob aërem aut ſpiritus commixtos, aut loquutionem aut motum vehementiorem, ſic in equis ſaliua ſpumoſa eſt.

A quantitate.

Multa ob humiditatem & frigus cerebri vel imbecillitatem aut humiditatem ventriculi, vel propter calorem tenuantem, vt in ieiunantibus, vel propter cibi abundantiam aut corruptionem, vt in potatoribus. Pauca eſt propter calorem glandularum & faucium.

A qualitate.

Colores & ſapores fiunt ex vaporibus aſcendentibus ab humoribus ventriculi, vt apparet in ieiunantibus aliquando ab externis cauſis, ſic qui ad lucernam vigilat, ſaliuam nigram eiicit. Salſa & amara à coctione eſt nimia pituita: dulcis autem optima.

Modus.

Licet non ſemper eiiciatur per os, poteſt tamen in ventriculum immiſſa iuuare coctionem, & laxare aluum. Si fluat copioſè repletionem in cerebro. vaporum tenuiorem ſignificat. Quę non facilè educitur ſignificat lentorem. Quæ ex motu fit, humiditates ex cerebro in palatum ducit. Poſt cibum ſi ſit copioſa ventriculus laborat, aut ob cibos corruptos aut nimios. Expuitio frequens à cibo, ſignum melancholiæ hypochondriacę.

De ſputo.

Fermè eadem ſunt ac de ſaliua. Tenuia ſputa à calore debili. Sputa permixta ſunt, vel ab humoribus in thorace, vel ob cibi abundantiam & prauitatem. Impermixta quidem bona ſunt, ſed in pleuritide ſignificant cruditatem. Multa ſputa in affectibus pectoris in principio & ſtatu ſunt bona: pauca verò mala; nulla in phreneticis lethalia: ſputa rotunda ſigna delirii aut tabis. Salſa mala, quia erodunt, & ſi ſint cum vlcere ſunt inſanabilia: A-

mara & vehementer fœtida lethalia. Rubra initio pleuritidis bona, aliàs omnis ſanguis qui per os eiicitur malum. Subflaua ſeu pallida cruditatem ſignificant, nigra aut viridia lethalia.

Signa ex mucis.

Mucus eſt omnis humor excepto ſanguine, qui è naribus emanat, excrementum cerebri. Tenuis eſt vel à frigore cerebri, vel à calore colliquate. Copioſus eſt ab iiſdem cauſis, vt in ſenibus: paucus, ſiccæ benéque temperatæ naturæ ſignum eſt. Muci acres ex tenuitate & calore ſignificant grauedinem futuram. Albus à pituita ſincera: pallidus ex bile permixta, & quia pituita cocta eſt. Sponte effluens copiam humorum & imbecillitatem, vt in pueris ſenibus: fœtidus ſignificat vlcus narium ὄζαινα dictum: ſi tamen caput doleat, & pus fœtidum exeat bonum eſt, quia cerebrum purgatur. Mucorum multitudo ingenii ſtupiditatem & memoriæ debilitatem ſignificat.

Digitized by Google

Signa ex ſordibus aurium.

Si ſint dulces malum, morituris enim dulceſcunt: ſi tenues cruditatis ſignum. Capite dolente pus ab auribus manans liberat. Paucitas, ſiccitatis, eſt ſanitatis augurium. Multæ & frequentes ſordes cerebrum laborare, aut palatum eſſe concauum, aut male poſitos dentes ſignificant. Rectè habet vel ſi ſint ſubflauæ, vel albæ.

Ouromantia ſeu ſigna ex vrinis.

Vrina in affectibus iecoris, venarum, arteriarum, renum, veſicæ, ſignum certum, ſicut & in aliis morbis, in quibus cõducit noſcere naturalis facultatis robur. Vnica exceptio eſt in peſte, vbi vrina ſimilis ſanorum, quia putredo ſolùm cor occupat.

A ſubſtantia.

Si ſit tenuis, vel tenuis ſemper manet, ſignificat cruditatem, obſtructionem, vel poſtea concreſcit; & eſt lethale in febre ardente. Si ſit craſſa vel ſemper ma-

nec craſſa, & ſignificat permixtionem magnam humorum & flatuum multorũ, morbum longum, aut recidiuam, ſi verò fiat tenuis, humores non bene mixtos & cruditatem adeſſe. Si ſit clara vel ſemper ita manet, & bonum eſt in ſanis, non in ægris: ſi poſtea turbetur periculoſum eſt. Si ſit turbata vel ſemper ita manet, & morbum longum & crudum ſignificat, & dolorem capitis, ſi poſtea clareſcat bonum eſt.

Signa à contentis in vrina.

Tria potiſſimum in vrina ſpectantur, in ſummo nebula, in medio ſuſpenſio aut enæorema, in imo ſedimentum ſeu hypoſtaſis. Nebula & ſuſpenſio paruam coctionem aut cruditatem ſignificant: ſi ſint albæ aut criticæ bonæ ſunt, nigræ, virides, craſſæ, malæ: ſedimentum nigrum peſſimũ lævor & æqualitas in ſedimento bona ſunt ſicut & candor. Bullæ, coronæ, circuli, ſpumæ, vel pinguedinem ſignificant vel cruditatem, quia flatus generant, minus hæc durant ſi ſit cruditas, magis verò durant ſi ſit pinguedo, vnde pin-

guis vrina carnem liquari ſignificat. In ſedimento pultes aut polenta mortem aut morbum longum, carunculæ, renum morbum, laminæ veſicæ, lentes iecoris affectum denotant: cinericia verò & ſabuloſa lapidis generationem.

A quantitate.

Multa vrina in ſano copiam potus & rerum diureticarum ſignificat: in ægro aliquando criſim, aliquando paucas fæces & ſudores. Pauca vrina obſtructionem, vel magnitudinem caloris.

A qualitate.

Color ſubflauus & citrinus, bonus: albus, cruditatem & imbecillitatem, & in acutis morbis phrenitidem ſignificant. Niger, peſſimus, niſi forte in declinatione febris quartanę. Rubeus, morbi longitudinem ob ſanguinis permixtionem: nimis flauus, bilis copiam.

De humoribus inutilibus non naturalibus.

Huc pertinent, quia potiſſima ſunt cauſa morborum antecedens, ideóque & ſignum; 1. eſt pituita vel acida, vel ſalſa, vel mucoſa, vel albuginea, vel gypſea. A gypſea arthritis, ab acida fames canina, à ſalſa eſt ſitis inexplebilis. 2. eſt bilis aut vitellina, aut porracea, aut æruginea, aut glaſtea, aut cærulea ſic dicta ob ſimilitudinem. 3. eſt atra bilis fæcibus vſtis ſimillima. Hæc in dyſenteria & alibi lethalis eſt.

Hæc de Pathologia.

Hygieine ſiue Diætetica. Quid illa?

Eſt ars mediocritate rerum non naturalium ſanitatem conſeruans, ſiue eſt ars quæ diæta ſanitatem tuetur, ſiue eſt ars ſalubrium quibus ſanitas conſeruatur.

Quid & quotuplex non-naturale?

Non-naturale eſt indifferens, bonum benè, malum malè vtenti. Tot ſunt non-naturales res quot ſunt contra naturam, ſcilicet aër, potus, cibus, excreta & retenta, labor & quies, vigiliæ & ſomnus, paſſiones.

Quotuplex ſalubre?

Vnum, quod conſtituit corpus ſanum, & ſunt res naturales ſiue partes in Phyſiologia: alterum, quod conſeruat, & ſunt res non-naturales.

Digitized by Google

Quotuplex hygieine?

Duplex, vna conſeruatrix, quæ ſanitatem talis qualis fuerit ſimilibus conſeruat, altera correctrix, quę ſanitatem meliorem efficit contrariorum vſu.

Cur ſanitati neceſſaria aer, potus & cibus?

Quia calore noſtro quę diſſipatur ſubſtãtia ſpirituoſa, reficienda eſt aëre, quia humida deperditur, potu, quia ſolida exhauritur, inſtauranda eſt cibo.

Pars 1. de aëre, quoad ſubſtantiam.

Nec craſſus, nec nebuloſus, nec pruinoſus, nec nimis ſit tenuis, vt in Americæ montibus accidit: & vt nullum viuens elementum purum habet pro alimento, ita nullum animal purum inſpirat aërem.

Quoad qualitatem.

Reſpectu cœli 1. ſit ſerenus, purus cla-

rus. 2. non nimium frigidus aut calidus, nec repentinis meatibus obnoxius. 3. non ſit ad Occidentem, hic enim ſole orto te-peſcit, meridie calet, veſpere feruet: & inde ſunt morboſiſſimi aquoſi, autumnóque ſimiles homines. 4. non ſit ad meridiem: hic enim ſole orto caleſcit, meridie ardet, deinde calore huic aëri & corporibus firmitas eripitur, & exſugendo naturales facultates molleſcentes diſſoluuntur, vt ferrum calore nimis molleſcit, frigore dureſcit, ſic corpora expoſita meridiei mollia, Septentrioni firma ſunt; diutiùs vina in cellis vinariis, gramina, fructus, obſonia, Septentrioni oppoſita quàm Meridiei conſeruantur, nec tamen hi qui Meridiem ſpectant febribus ardentibus aut morbis acutis ſunt obnoxii, iidem ſubtiliores habent animi motus & conſilia: conſtat ex Meridionalibus ſolertioribus quàm ſint Septentrionales, item ex ſerpentibus mobilioribus ob calorem quàm ob frigus. 5. Montibus non ſit incluſus, ſed ventis ſalubribus perflietur. ſunt melioris coloris, habitus, diuturnioriſque vitæ, ſuperiorum quàm inferiorum incolæ locorum, vt animi firmi & obſtinati fiunt cùm

corpora ventis perflantur expoſita, ſic indurantur corpora contra externorum incurſum. Vẽti Meridionales inſalubriores, quia putredinem generant ob humiditatem & calorem, hinc & corpore & animo molles Aſiatici. Salubriores ſunt Orientales, & vt vere omnia meliora naſcũtur ob temperaturam, ſic in locis Orientalibus, hinc etiam pauciores morbi. 2. Venti Septentrionales, quia frigore & ſiccitate reſiſtunt putredini, hic tamen incolæ ſunt moribus agreſtes & obnoxii morbis acutis. 6. quoad terram & aquas, nec cloacis, ſtagnis, aut excrementis inficiatur.

Quoad quantitatem & modum.

Sano vſus aëris melioris nunquam eſt nimius, conualeſcenti nimius eſſe poteſt ſi ſit ſubitus: ſereno præſertim cœlo hauriendus: quod ſi aër is non adſit, cæteris non-naturalibus rebus corrigatur, vt aër calidus, refrigerantibus, potu, cibo, quiete &c.

Pars 2. de Potu.

Potiſſimum potus eſt vel aqua, vel vi-

num, vel aliquid ex aqua, vino, aliiſque rebus compoſitum.

De Aqua.

Magis neceſſaria quàm aër ad ſanitatem, multa enim ſine aëre viuunt animalia, nullum ſine aqua.

Qualitates aquæ.

Color aut nullus eſſet debet, aut albus, id eſt, luci ſimilis, non lacti. Odor nullus eſſe debet ſicut & ſapor nullus, quamuis aqua dulcis vocetur quæ nullum ſaporem habet. Leuis eſſe debet, vt non diu in hypochondriis maneat, itē leuis vt facilè alteretur, id eſt, facilè frigeſcat aut calefiat. Ex incolarum ſiue hominum, ſiue animalium ſanitate colligitur, liuido enim colore homines aut iecora animalium liuida, alióque modo læſa inſalubritatem ſignificant. Generale eſt aqua cruda non bona, cocta aliquantum bona, nimis cocta ſalſa.

Differentiæ aquarum.

Ex naturalibus, 1. eſt aqua pluuia melior omnibus quia eſt dulcior & tenuior pars ſiue vapor ex aqua attractus, motu purificatus, deinde reſolutus, facilè tamen putreſcunt, & fluxus ventris generant. 2. Fontana, hæc retinet qualitates eorum per quæ fluit locorum; fontana ex ſaxoſis locis, aut prope thermas, aut metalla exorta dura eſt, æſtuoſa, difficilis egeſtu per vrinas: fontana tamen ex terra tubulis & ſublimiori loco orta bona eſt, ſi verò in campis latè patentibus nec vmbroſis oriatur, grauis, dura & inſuauis eſt, quia ſol tenue in aqua exugit; hyeme verò pituitam generat ob confluxum aliarum aquarum. Fontana melior quæ ex Septentrione aut Occidente fluit, quàm quæ ex Meridie aut Oriente, tum quia capita fontium & fluuiorum maximorum in Septentrione ſunt, indéque fluunt, tum quia ſunt dulciores, vtiliores, quod Sol tenue non attrahat, quod quidem faceret ſi à Meridie ea fluerent. 3. eſt aqua fluuia ob Solem inſolantem, & ob motum

bona, niſi magni ſint fluuii, aliis rebus & aquis mixti, vnde diſſimilitudo virium magna, vnde calculi vt hîc Pariſiis. 4. marina non bibenda niſi ſale remoto. 5. putealis non ita bòna, quia motus & inſolationis expers, coctione tantum corrigi poteſt. 6. ſtagnorum ad nihil vtilis propter putredinem, ſale tamen inſperſo corrigi poteſt. 7. niualis & glacialis neutiquam bona, quia frigus expulit id quod dulce fuit, vt patet in pomis, caſtaneis congelatis, & quod concretum eſt nunquam ad priſtinam naturam redit, generat tumores faucium, articulis, neruis, viſceribus obeſt.

De Vino.

Vinum calidis, bilioſis & capite neruiſque infirmis interdicitur, niſi ſit dilutiſſimum. Nihilominus naturalem roborat calorem, ſanguinem mundat, ſpiritus ſubtiles efficit, & fumos tenebricoſos triſtitiæ parentes aufert. Vinum album & tenue facilè venas ſicut & aqua permeat, non autem craſſum & dulce. Vinum nigrum craſſum magis nutrit, acerbum

mara & vehementer fœtida lethalia. Rubra initio pleuritidis bona, aliàs omnis ſanguis qui per os eiicitur malum. Subflaua ſeu pallida cruditatem ſignificant, nigra aut viridia lethalia.

Signa ex mucis.

Mucus eſt omnis humor excepto ſanguine, qui è naribus emanat, excrementum cerebri. Tenuis eſt vel à frigore cerebri, vel à calore colliquate. Copioſus eſt ab iiſdem cauſis, vt in ſenibus: paucus, ſiccæ benéque temperatæ naturæ ſignum eſt. Muci acres ex tenuitate & calore ſignificant grauedinem futuram. Albus à pituita ſincera: pallidus ex bile permixta, & quia pituita cocta eſt. Sponte effluens copiam humorum & imbecillitatem, vt in pueris ſenibus: fœtidus ſignificat vlcus narium ὄζαινα dictum: ſi tamen caput doleat, & pus fœtidum exeat bonum eſt, quia cerebrum purgatur. Mucorum multitudo ingenii ſtupiditatem & memoriæ debilitatem ſignificat.

Signa ex ſordibus aurium.

Si ſint dulces malum, morituris enim dulceſcunt: ſi tenues cruditatis ſignum. Capite dolente pus ab auribus manans liberat. Paucitas, ſiccitatis, eſt ſanitatis augurium. Multæ & frequentes ſordes cerebrum laborare, aut palatum eſſe concauum, aut male poſitos dentes ſignificant. Rectè habet vel ſi ſint ſubflauæ, vel albæ.

Ouromantia ſeu ſigna ex vrinis.

Vrina in affectibus iecoris, venarum, arteriarum, renum, veſicæ, ſignum certum, ſicut & in aliis morbis, in quibus cõducit noſcere naturalis facultatis robur. Vnica exceptio eſt in peſte, vbi vrina ſimilis ſanorum, quia putredo ſolùm cor occupat.

A ſubſtantia.

Si ſit tenuis, vel tenuis ſemper manet, ſignificat cruditatem, obſtructionem, vel poſtea concreſcit; & eſt lethale in febre ardente. Si ſit craſſa vel ſemper ma-

net craſſa, & ſignificat permixtionem magnam humorum & flatuum multorũ, morbum longum, aut recidiuam, ſi verò fiat tenuis, humores non bene mixtos & cruditatem adeſſe. Si ſit clara vel ſemper ita manet, & bonum eſt in ſanis, non in ægris: ſi poſtea turbetur periculoſum eſt. Si ſit turbata vel ſemper ita manet, & morbum longum & crudum ſignificat, & dolorem capitis, ſi poſtea clareſcat bonum eſt.

Signa à contentis in vrina.

Tria potiſſimum in vrina ſpectantur, in ſummo nebula, in medio ſuſpenſio aut enæorema, in imo ſedimentum ſeu hypoſtaſis. Nebula & ſuſpenſio paruam coctionem aut cruditatem ſignificant: ſi ſint albæ aut criticæ bonæ ſunt, nigræ, virides, craſſæ, malæ: ſedimentum nigrum peſſimũ læuor & æqualitas in ſedimento bona ſunt ſicut & candor. Bullæ, coronæ, circuli, ſpumæ, vel pinguedinem ſignificant vel cruditatem, quia flatus generant, minus hæc durant ſi ſit cruditas, magis verò durant ſi ſit pinguedo, vnde pin-

guis vrina carnem liquari ſignificat. In ſedimento pultes aut polenta mortem aut morbum longum, carunculæ, renum morbum, laminæ veſicæ, lentes iecoris affectum denotant: cineiicia verò & ſabuloſa lapidis generationem.

A quantitate.

Multa vrina in ſano copiam potus & rerum diureticarum ſignificat: in ægro aliquando criſim, aliquando paucas fæces & ſudores. Pauca vrina obſtructionem, vel magnitudinem caloris.

A qualitate.

Color ſubflauus & citrinus, bonus: albus, cruditatem & imbecillitatem, & in acutis morbis phrenitidem ſignificant. Niger, peſſimus, niſi forte in declinatione febris quartanę. Rubeus, morbi longitudinem ob ſanguinis permixtionem: nimis flauus, bilis copiam.

Digitized by Google

De humoribus inutilibus non naturalibus.

Huc pertinent, quia potiſſima ſunt cauſa morborum antecedens, ideóque & ſignum; 1. eſt pituita vel acida, vel ſalſa, vel mucoſa, vel albuginea, vel gypſea. A gypſea arthritis, ab acida fames canina, à ſalſa eſt ſitis inexplebilis. 2. eſt bilis aut vitellina, aut porracea, aut æruginea, aut glaſtea, aut cærulea ſic dicta ob ſimilitudinem. 3. eſt atra bilis fæcibus vſtis ſimillima. Hæc in dyſenteria & alibi lethalis eſt.

Hæc de Pathologia.

Digitized by Google

Hygieine ſiue Diætetica. Quid illa?

Eſt ars mediocritate rerum non naturalium ſanitatem conſeruans, ſiue eſt ars quæ diæta ſanitatem tuetur, ſiue eſt ars ſalubrium quibus ſanitas conſeruatur.

Quid & quotuplex non-naturale?

Non-naturale eſt indifferens, bonum bene, malum malè vtenti. Tot ſunt non-naturales res quot ſunt contra naturam, ſcilicet aër, potus, cibus, excreta & retenta, labor & quies, vigiliæ & ſomnus, paſſiones.

Quotuplex ſalubre?

Vnum, quod conſtituit corpus ſanum, & ſunt res naturales ſiue partes in Phyſiologia: alterum, quod conſeruat, & ſunt res non-naturales.

Quotuplex hygieine?

Duplex, vna conſeruatrix, quæ ſanitatem talis qualis fuerit ſimilibus conſeruat, altera correctrix, quę ſanitatem meliorem efficit contrariorum vſu.

Cur ſanitati neceſſaria aer, potus & cibus?

Quia calore noſtro quę diſſipatur ſubſtãtia ſpirituoſa, reficienda eſt aëre, quia humida deperditur, potu, quia ſolida exhauritur, inſtauranda eſt cibo.

Pars 1. de aëre, quoad ſubſtantiam.

Nec craſſus, nec nebuloſus, nec pruinoſus, nec nimis ſit tenuis, vt in Americæ montibus accidit: & vt nullum viuens elementum purum habet pro alimento, ita nullum animal purum inſpirat aërem.

Quoad qualitatem.

Reſpectu cœli 1. ſit ſerenus, purus cla-

rus. 2. non nimium frigidus aut calidus, nec repentinis meatibus obnoxius. 3. non ſit ad Occidentem, hic enim ſole orto te-peſcit, meridie calet, veſpere feruet: & inde ſunt morboſiſſimi aquoſi, autumnóque ſimiles homines. 4. non ſit ad meridiem: hic enim ſole orto caleſcit, meridie ardet, deinde calore huic aëri & corporibus firmitas eripitur, & exſugendo naturales facultates molleſcentes diſſoluuntur, vt ferrum calore nimis molleſcit, frigore dureſcit, ſic corpora expoſita meridiei mollia, Septentrioni firma ſunt, diutiùs vina in cellis vinariis, gramina, fructus, obſonia, Septentrioni oppoſita quàm Meridiei conſeruantur, nec tamen hi qui Meridiem ſpectant febribus ardentibus aut morbis acutis ſunt obnoxii, iidem ſubtiliores habent animi motus & conſilia: conſtat ex Meridionalibus ſolertioribus quàm ſint Septentrionales, item ex ſerpentibus mobilioribus ob calorem quàm ob frigus. 5. Montibus non ſit incluſus, ſed ventis ſalubribus perflietur. ſunt melioris coloris, habitus, diuturnioriſque vitæ, ſuperiorum quàm inferiorum incolæ locorum, vt animi firmi & obſtinati fiunt cùm

corpora ventis perflantur expoſita, ſic in-durantur corpora contra externorum incurſum. Vēti Meridionales inſalubriores, quia putredinem generant ob humiditatem & calorem, hinc & corpore & animo molles Aſiatici. Salubriores ſunt Orientales, & vt vere omnia meliora naſcūtur ob temperaturam, ſic in locis Orientalibus, hinc etiam pauciores morbi. 2. Venti Septentrionales, quia frigore & ſiccitate reſiſtunt putredini, hic tamen incolæ ſunt moribus agreſtes & obnoxii morbis acutis. 6. quoad terram & aquas, nec cloacis, ſtagnis, aut excrementis inficiatur.

Quoad quantitatem & modum.

Sano vſus aëris melioris nunquam eſt nimius, conualeſcenti nimius eſſe poteſt ſi ſit ſubitus: ſereno præſertim cœlo hauriendus: quod ſi aër is non adſit, cæteris non-naturalibus rebus corrigatur, vt aër calidus, refrigerantibus, potu, cibo, quiete &c.

Pars 2. de Potu.

Potiſſimum potus eſt vel aqua, vel vi-

num, vel aliquid ex aqua, vino, aliiſque rebus compoſitum.

De Aqua.

Magis neceſſaria quàm aër ad ſanitatem, multa enim ſine aëre viuunt animalia, nullum ſine aqua.

Qualitates aquæ.

Color aut nullus eſſet debet, aut albus, id eſt, luci ſimilis, non lacti. Odor nullus eſſe debet ſicut & ſapor nullus, quamuis aqua dulcis vocetur quæ nullum ſaporem habet. Leuis eſſe debet, vt non diu in hypochondriis maneat, itē leuis vt facilè alteretur, id eſt, facilè frigeſcat aut calefiat. Ex incolarum ſiue hominum, ſiue animalium ſanitate colligitur, liuido enim colore homines aut iecora animalium liuida, alióque modo læſa inſalubritatem ſignificant. Generale eſt aqua cruda non bona, cocta aliquantum bona, nimis cocta ſalſa.

bona, niſi magni ſint fluuii, aliis rebus & aquis mixti, vnde diſſimilitudo virium magna, vnde calculi vt hîc Pariſiis. 4. marina non bibenda niſi ſale remoto. 5. putealis non ita bona, quia motus & inſolationis expers, coctione tantum corrigi poteſt. 6. ſtagnorum ad nihil vtilis propter putredinem, ſale tamen inſperſo corrigi poteſt. 7. niualis & glacialis neutiquam bona, quia frigus expulit id quod dulce fuit, vt patet in pomis, caſtaneis congelatis, & quod concretum eſt nunquam ad priſtinam naturam redit, generat tumores faucium, articulis, neruis, viſceribus obeſt.

De Vino.

Vinum calidis, bilioſis & capite neruiſque infirmis interdicitur, niſi ſit dilutiſſimum. Nihilominus naturalem roborat calorem, ſanguinem mundat, ſpiritus ſubtiles efficit, & fumos tenebricoſos triſtitiæ parentes aufert. Vinum album & tenue facilè venas ſicut & aqua permeat, non autem craſſum & dulce. Vinum nigrum craſſum magis nutrit, acerbum

aſtringit. Vina non tam à loco v.g. Burgundia, quàm à ſitu loci verſus Meridiem commendanda, atque ex terra & ſpeciebus vuarum.

De potu mixto.

Primò ex aqua & aliis. Priſana ex hordeo & glycyrrhiza, ſiti plurimum conducit. Hydroſaccarum ex aqua & ſaccaro. Boucherũ ex aqua, ſaccaro, cinnamomo. Hydromel ex aqua & melle. Oxycratum ex aceto & aqua ſiti plurimum prodeſt. Cereuiſia ex aqua, hordeo, frumento, lupulis, tormina, ardorem vrinæ, poſticam ebrietatem efficit, 2. ex vino & aliis. Oinomel ex melle & vino. Vinum aromaticum ex vino, ſaccaro, cinnamomo &c. Vinum abſinthites iecori. Vinum de meliſſa memoriæ.

Pars 3. de Cibo. Quæ genera ciborum?

Primò ſunt cerealia ſcilicet triticum, ſiligo, hordeum, oriza, auena, milium, ex quibus panes, pultes &c. conficiuntur. 2. ſunt legumina, fabæ, piſa, ciceres. 3.

ſunt fructus & ſuccus plantarum, fructus autem alii ſunt horæi ſiue fugaces nec diu durantes ſine condimentis, vt ceraſa, mora, pruna, fraga: aliiſunt diuturni, & in annum fermè ſeruantur, vt plurima poma, pyra, vuæ: fructus verò vel ex pomis pomaceum, vel ex pyris pyraceum, vel ex vinis vinum, vel ex cocco medius liquor. 4. Sunt fructus & ſuccus animalium: fructus vt oua, ſuccus vt lac, ſanguis. 5. Sunt ipſæmet plantæ, aut totæ nempe tubera terræ, vel partes plantarum, vt aſparagi. 6. Sunt ipſamet animalia, aut tota vt oſtrea, aut eorum partes.

De ſubſtantia cibi.

Primò vel tantum eſt eſculentus, vt panis, vel eſculentus ſimul & potulentus, vt iuſcula, vinum. 2. Cibus vel eſt euchymus laudabilem ſanguinem generans quoad quantitem, & quoad qualitatem, vel eſt cacochymus, illaudabilem vel quantitate vel qualitate generans ſanguinem. 3. Cibus vel eſt eupeptus, id eſt, facilis concoctionis, vel dyſpeptus, id eſt, difficilis concoctionis: Ordinariè quæ euchyma

ſunt eadem ſunt & eupepta, & quæ cacochyma eadem ſunt & dyſpepta, ideóque coniunctim de iis dicendum. Cibus eupeptus & euchymus inter cerealia panis triticeus item miſcellaneus ex tritico & ſiligine. Inter legumina milium, inter fructus & ſuccos plantarum non niſi vinũ & coccos, inter fructus oua præſertim, inter animalia volucres potius quàm terreſtres, quæ libero aëre & recentibus pabulis veſcuntur, quàm quæ aëre concluſo, aut pabulo veteraſcente: pinguia femellæ potiùs aut caſtrata quàm maſcula, mediæ ætatis quàm primæ aut vltimæ. Cibus cacochymus inter cerealia panis ſiligineus, hordeaceus, nam ſiccat parumque nutrit. Azymus & placentarum genus omne crudum ſuccum generant: Legumina omnia flatum, fructus omnes plantarum ſeroſum & tenuem ſuccum generant. Inter animalia caro bubula, ſuilla, caprina, aſinina, hircina, taurina, leporina melancholiam, piſces pituitam, ſitum, corruptionem, inter partes animalium ventriculus, inteſtina, iecur, cor, renes, teſtes, vterus, cerebrum. Notandum tamen dyſpepta calido, robuſto

&exercitato ventriculo exhiberi debere.

Cibus à qualitate.

Vel eſt ſimpliciter alimentum, quod nempe à nobis mutatur, nec tamen nos mutat: vel eſt alimentum medicamentoſum, quod mutatur quidem à nobis, ſed etiam nos mutat & alterat alter à qualitate aliqua, 1. nimio calore vinum, piper, cinnamomum, allia, &c. 2. frigore panis hordeaceus, cereuiſia, pomaceum, lactuca, portulaca, cucumeres, pepones, acetum, ceraſa, mora 3. obſtructione, vinum duce, lac bubulum, caſeus, panis azymus, ficus, liba 4. aperiendo, aſparagi, cappares, ſerum lactis. 5. roborando ventriculum, vt mentha, aut appetitum etiam irritando, vt acerba & auſtera omnia, vel etiam cohibendo aluum ſi primis menſis ſumantur, aut laxando ſi ſumãtur menſis ſecundis, ſcilicet acerba & auſtera omnia. 6. appetitum deiiciendo & aluum laxando vt dulcia ſi primis menſis ſumantur, corrumpendo ſi 2. menſis ſumantur, ſcilicet omnia humida mollia. 7. non nocendo, ſi ſimus aſſueti,

licet alias noxia ſint, nocendo vero, ſi non ſimus aſſueti, licet aliàs noxia non ſint.

A quantitate.

Scilicet quæritur quantum ſit comedendum & bibendum, quoties & quot generibus ciborum. 1. nunquam ſatiari oportet. 2. numquam ſed vel rarò otiandum ante cibum, vel paulo poſt. Magis peccat qui nimis parum, quam qui nimis multum comedit, quia morbi ab inedia difficiliores curatu. 3. quo ſimplicior eſt cibus eò melior vt conſtat ex Eremitis & mericanis. 4. otioſi parum comedant, qui laboribus exercentur, multum. Pituitoſi ſemel, bilioſi ſæpius, ſanguinei ſæpe; pueri quater, iuuenes, viri; bis, Senes ter aut amplius, ſed parcè. Comedendum & cùm famemus, & aliquando cùm non famemus, vt ſi ob nimium potum, vini aliqui non fameant. Bibendum & cùm ſitimus, & cùm non ſitimus, & cùm multum cibi ingerimus. Sicco alimento potus multus, liquido paucus debetur.

Ordo.

Primò comedenda maſticata non integra. 2. Liquida, mollia, euchyma, eupepta præponēda: potulenta dummodo ſint magis eſculenta præponenda.

Pars 4. de exercitio & otio, ſeu motu & quiete. Significatio duplex & nomina.

Motus ſeu exercitium latè, eſt occupatio partis circa propriam operationem, ſic oculus exercetur videndo. Sic exercitium eſt moderata actio circa obiectum proportionatum, & mora temporis proportionata, obiectum autem mediocre eſt quo maximè delectamur. Mora mediocris ſeu proportionata eſt in qua pars nec turbari, nec grauari incipit. Exercitium & motus propriè loquendo eſt motus localis vehementior, ſiue per ſe vt ambulatio, ſiue per aliud vt equitatio. Hic igitur ſermo de exercitio propriè dicto, dicitur autem gymnaſium, quia vel à nudis, vel à minus veſtitis rectiùs inſtituitur.

Quid exercitium, & diſtinctio à motu & labore?

Exercitium eſt is motus qui anhelitum mutat ſeu alterat. id eſt, maiorem & crebriorem efficit. Motus latiùs patet, quia omne exercitium motus eſt, ſed propriè omnis motus non eſt exercitium. Labor non eſt exercitium propriè. Nam exercitium eſt propriè bonæ valetudini conſeruandæ gratia, aut boni habitus corporis tuendi aut acquirendi, omnis verò labor hunc non habet finem.

Qualitas exercitij. 1. Quotuplex?

Diuiſio 1. vel eſt vniuerſale in quo omnia membra mouentur, vt ſaltus, nauigatio: vel particulare, in qua pars mouetur, vt cantare, pingere. Vniuerſale vel eſt æquale, in quo omnes partes æqualiter mouentur, vt in lucta, & hoc eſt præſtantius, vel inæquale, in quo vna pars magis mouetur, vt in equitatione ventriculus. 2. diuiſio, vel eſt moderatum, & calefacit temperatè, excrementa morborum diſ-

ſoluit inſenſibiliter, vel immoderatum nimis calefacit, vapores multiplicat, educit humorem ſubſtantialem, hinc exſiccat & frigefacit conſumpto ſubiecto naturalis caloris. 3. diuiſio, vel à proprio motu, vel ab alieno. Exercitium à proprio motu duplex, vel ſaltatio, vel palæſtra: ſaltatio triplex vna cubiſtica ſcilicet quæ vario manuum, pedum, etiam in caput fit ſaltu, vt hodie ſaltus Britannici, Germanici &c. 2. ſaltatio eſt luſus pilæ quadruplex, ſcilicet parua, magna, & folle ſiue pila inani, & coryco ſiue pila arenis furfure impleta. 3. eſt ſaltatio proprié imitatio rerum, vt antiquitus pyrrhica, & hodie *les moreſques, les ballets.* Palæſtra varia comprehendit, vt luctam, pugillatum, cæſtus, curſum, & iam vſitatiſſimam ambulationem. Quæ ne otioſa ſit ambulatio ſic inſtituenda: ſæpe inclinetur corpus, lapides tollantur, ferantur ad poſteriorem partem, eleuentur, proiiciantur, ſæpe reſpiciatur, anhelitus contineatur, membra extendantur. Exercitatio iterũ vel eſt bellica, vel agoniſtica, ſiue athletica, ſolius roboris acquirendi gratia: habitus autem athleticus illaudabilis eſt, vel

eſt fabrilis artium mechanicarum corpus deformans, ideóque illaudabilis, vel eſt ludicra, vt ludus alearum. Et quia paſſiones animi ſequuntur ludum, vt ira, lætitia, quia corpus immùtant, ideo & ludus immutat.

Exercitia à motu alieno.

Inter varia præcipua eſt frictio. Neceſſaria iis qui alio exercitio carent, vel quia carcere cõcluſi ſunt, vel quia debiles, vel quia negotiis diſtinentur. Frictione materia tenuatur, pori aperiuntur, calor augetur, excrementa expelluntur. Eſt triplex, vna quę vices exercitii ſubit, alia quę ante exercitium vehementius, 3. quæ poſt idem, de quibus infrà.

2. à qualitate ſecundum effectus.

Primò exercitium ante cibum calorem roborat, appetitum excitat, poros aperit, excrementa egerit, alimentum diſtribuit, humores non cumulat, indurat partes vt faciliùs reſiſtãt externis, ſpiritus auget. 2. exercitium ſtatim à cibo crudum alimẽtum

tum trahit in habitum corporis ; vnde morbi cutanei, ſcabies &c. 3. exercitium quod fit veſpere excrementa heſternæ cœnæ tollit. 4. pituitoſis vtilis eſt. 5. vtilis & iis qui liberali victu vtuntur.

Exercitia quoad quantitatem.

Primò quoad tempus exercitii ex vrinę colore cognoſcitur: quæ ſi ſit aquoſa, vt ordinariè à cibis, nondùm eſt tempus exercitii: ſi optimè tincta, præteriit tempus exercitii, ſi temperate tincta, eſt tempus exercitii. tantùm exercitium eſſe debet, nempe cùm aut laſſari aut dolere, ſudare, incaleſcere, magiſque colorari, magiſq; reſpirare incœperimus, deſinamus. 3. frictio præcedat totius corporis, ſed quæ ſit mollis, præſertim ante magnum exercitium, vt pori paulatim aperiantur, deinde deponenda ſunt alui & veſicæ excrementa. 4. poſt exercitium fiat frictio aſpera, vt excrementa ſubcutanea auferantur, & corpus ſolidetur ; rectius fieret cum oleo.

Effectus otii & quietis.

Qui ceſſant ab omni exercitio vt ſunt carcere concluſi &c. eorum facies eſt cacochyma, color impurus, actiones lentæ &c. idem patet in auibus cauea concluſis.

Pars 5. De vigiliis & ſomno. De qualitate ſomni.

Primò debet eſſe placidus, non turbidus inſomniis. 2. debet eſſe profundus, vt non facilè interrumpi poſſit.

De quantitate ſomni.

Primò mediocris, non nimius, quia excrementa humida & frigida nimius accumulat: & cerebrum replet, vnde morborum copia; deinde quia cætera excrementa, vt vrinam, fæces nimis diu in corpore retinet, vnde & cerebrum grauatur, ſenſus & mens torpeſcit. Longior tamen biliosis quàm pituitoſis eſſe debet, ſenibus quàm iunioribus, & iis qui lautè viuunt,

& qui corpore aut animo plurimùm fuerunt exercitati. *Obeſis*, verò & pituitoſis vigiliæ longiores proſunt vt diſſipentur humores. Nimiæ vigiliæ cerebrum, & ſenſus debilitant, exſiccant & extenuant concoctionem impediunt, cruditatem faciunt, quia in vigiliis calor ad externa euocatur. Quoad locum & tempus, ſunt enim ſpecies quantitatis, nox eſt aptior ſomno quia propter humiditatem & frigus calorem ad interna repellit, & quia non interturbatur. Magis hyeme dormiendum, quia nox Longior & frigidior eſt. Magis in obſcuro loco dormiendum quia lux ſenſus mouet ad vigiliam. Vigiliæ diurnæ meliores, quia calore & luce diei adiuuantur. Sufficiens autem ſomnus iudicatur leuitate capitis corporis & cerebri palpebrarum, oculorum, & voluntate de iiciendi excrementa: aliàs enim ſi adhuc ſit ructus, præſertim qui aſſumptos redoleat cibos, non eſt ſufficiens.

De ſitu ſeu poſitione dormientium.

Primò alternatim in vtrumque latus decumbendum; in dextrum quidem vt

Digitized by Google

hepar, vel vt ignis ſupponatur ventriculo tanquam ollæ; in ſiniſtrum verò, vt hepar velut gallina pullis ſtomacho incubet 2. non oportet pronũ dormire, ob defluxiones, quamuis imbecillo ſtomacho aliquis poſſit incumbere, vel ſaltem ſi hoc nõ expediat poſſit puluinari molli foueri. Nõ oportet ſupinum dormire ob grauia inſomnia, ob memoriæ nocumentum & eruorum: ita enim dormientibus humiditates coaceruatim feruntur in poſteriorem partem. Altius caput & pectus ſit cæteris partibus in dormiente, ne nempe cibus orificium ſtomachi grauet, aut caput aut cętera membra ſpiritalia nimis impleantur vaporibus.

De genere dormientium. Monitum.

Quia hîc de operimentis dormientium, aliquid de ipſis & veſtibus præmittendum eſt.

De veſtibus ſeu operimentis hominum.

Veſtis omnis calefacit corpus per accidens, nempè dum fumi & vapores qui ſpirant à corpore calidi reflectuntur, ideóque veſtes rarefaciunt cutim.

Differentiæ veſtium à materia.

Veſtes vel ſunt ex mineralibus, putà auro, argento; vel ex vegetantibus, putà ex goſſipio, cannabe, lino: vel ex animalibus, ſcilicet pilis, vt veſtes laneæ, vel ex pellibus. Plus calefaciunt pelles, minus verò lintea, ſi excipias mineralia, aut tela arneorum. Pelles cuniculorum & leporũ æſtimantur maximè proportionatæ homini. Piloſa magis calefaciunt. Quæ tenui filo ſunt, rara, lata minùs calefaciunt: quæ ſimplici aquâ lauantur, cenſentur minus calefacere, quàm quæ lixiuio & ſapone. Pelles aromaticæ confortant cerebrum & cor; dormiendo gratæ ſunt. Pelles ex cholericis animalibus, plus calefaciunt & exſiccant, vt pelles vulpium; ſunt tamen & aptiores pulici-

bus.Pelles ex animalib.humidis & calidis, vt ex ouibus,licet proportionatæ ſint, pediculos tamen fouent, ſicut & lana ex mortuis animalibus. Pelles ex frigidis & ſiccis animalibus vermes rarò generant: veſtes mundæ,refrigerant: putredo enim calefacit. Cùm humidus & calidus eſt aër, veſtes ſæpe quatiendæ, ne immobilitas putredinem generet.

De operimentis dormientium.

Pluribus opus eſt quàm vigilanti, quia calor reuocatur ad centrum in ſomno, & exteriores partes frigidas efficit, præſertim cerebrum, quod etiam propter vapores aſcendentes magis frigeſit: deinde pedes quia magis diſtant à fonte caloris, magis frigeſiunt, ideò magis caput operiendum, deinde pedes, non tamen calceatis domiendum eſt,aut quibus vincta ſint crura,tibiæ &c. quia repellũtur vapores ad cerebrũ, ideóque turbidus fit ſomnus.Partes pectorales bene cooperiantur, quia facilè offenduntur à frigore, tum quòd ſemper frigidum inſpirent aërem, tum quòd oſſa habeãt frigida,quibus mu-

niantur. Hic ergo cauendum ne è directo capitis ſint ſpiracula aperta periculum enim eſt ab illo flatu.

Effectus ſomni.

Somnus calefacit profunda corporis, vt viſcera, ſiue 1. & 2. regionem: habitum verò corporis frigefacit, propter concoctionem. Excrementa omnia ceſſant præter ſudores. Diſſipatos ſpiritus reficit & recreat. In cerebro autem tantus non eſt calor, ideóque ceſſat ab actionibus animalibus. Lactucæ frigidæ conciliant ſomnum, ſed in ſenibus cum aromatibus ſunt ſumendæ.

Pars 6. *De animi perturbationibus.*

Triſtitia de re præterita ſomnum conciliat, non autem triſtitia de re futura, quia hæc cum ſolicitudine & timore fit, quæ impediunt ſomnum: item conducit illis quibus immoderatum gaudium nocuit, aut timetur ne noceat. Ira pituitoſis conducit, vt calores concoquant pituitam: item conducit frigidis, ſomno-

lentis, torpentibus. Lætitia clarum pu-rumque efficit ſanguinem dilatando, ideóque. 3. concoctionem iuuat, imò ſomnum impedit: conducit tamen iis qui nimia temeritate quaſi furore abundant. Verecundia ictericis, pallidis, malè coloratis conducit. In gaudio cor ad anteriora, in triſtitia ad interiora præſertim mouetur, in ira ad anteriora, in timore ad interiora mouetur ſubitò: in verecundia mouetur ad vtrumque pedetentim; in anguſtia ſubitò ad vtrumque mouetur.

Pars poſtrema de excretis & retentis.

Primò de excrementis vtilibus, ſemine & menſibus: ſemen cum quantitate turget & moleſtum eſt, præſertim in iuuenibus, in ſanguineis: in pituitoſis vbi putrere incipit. His cui calore nimis confuſum, mortem, caluitiem accelerat: quid religioſis fiet? phlebotomia, vomitu, vſu frequenti lactucæ, portulacæ, &c. ſibi conſulant. Menſes ſi non tanti, non tales non ſolito tempore

fluant, iuuentur aperientibus & prouocantibus menſes.

De excrementis inutilibus 3. concoctionum.

Inter quamcunque cibationem aluus, vrina, ſudor, ſputum, ſaliua, mucus, ſternutatio procuretur. Vomitus bis terque olim in menſe adhibitus, hodie non cenſetur adhibendus iis qui frugali victu vtuntur, ſed iis quibus cibi non coquũtur aut corrumpuntur, aut plures ſunt, & iis qui firmo ſunt capite & amplo pectore. Sternutatio ieiunis facta cerebrum leuat, hebetudinem ſenſuum tollit. Sudor vel per exercitia procurandus, vel per medicamina, vel etiam balneis: balneum autem vel aëre, vel vapore ſolo calidum eſt, & dicitur Laconicum, ſiue tuba Germanorum ſeu hypocauſtum, & hoc à profundo corporis ad ſuperficiem trahit: aliud eſt aquæ aut ſimplicis, aut in qua coquantur herbæ: ſi ſit aquæ calidæ, molliter dilatat, tenuat, excrementa tollit & laſſitudines ac dolores ſedat; aqua frigida contrarium

eſt fabrilis artium mechanicarum corpus deformans, ideóque illaudabilis, vel eſt ludicra, vt ludus alearum. Et quia paſſiones animi ſequuntur ludum, vt ira, lætitia, quia corpus immutant, ideo & ludus immutat.

Exercitia à motu alieno.

Inter varia præcipua eſt frictio. Neceſſaria iis qui alio exercitio carent, vel quia carcere cõcluſi ſunt, vel quia debiles, vel quia negotiis diſtinentur. Frictione materia tenuatur, pori aperiuntur, calor augetur, excrementa expelluntur. Eſt triplex, vna quę vices exercitii ſubit, alia quę ante exercitium vehementius, 3. quæ poſt idem, de quibus infrà.

2. à qualitate ſecundum effectus.

Primò exercitium ante cibum calorem roborat, appetitum excitat, poros aperit, excrementa egerit, alimentum diſtribuit, humores non cumulat, indurat partes vt faciliùs reſiſtãt externis, ſpiritus auget. 2. exercitium ſtatim à cibo crudum alimẽtum

cum trahit in habitum corporis; vnde morbi cutanei, ſcabies &c. 3. exercitium quod fit veſpere excrementa heſternæ cœnæ tollit. 4. pituitoſis vtilis eſt. 5. vtilis & iis qui liberali victu vtuntur.

Exercitia quoad quantitatem.

Primò quoad tempus exercitii ex vrinę colore cognoſcitur: quæ ſi ſit aquoſa, vt ordinariè à cibis, nondùm eſt tempus exercitii: ſi optimè tincta, præteriit tempus exercitii, ſi temperate tincta, eſt tempus exercitii. tantùm exercitium eſſe debet, nempe cùm aut laſſari aut dolere, ſudare, incaleſcere, magiſque colorari, magiſq; reſpirare incœperimus, deſinamus. 3. frictio præcedat totius corporis, ſed quæ ſit mollis, præſertim ante magnum exercitium, vt pori paulatim aperiantur, deinde deponenda ſunt alui & veſicæ excrementa. 4. poſt exercitium fiat frictio aſpera, vt excrementa ſubcutanea auferantur, & corpus ſolidetur; rectius fieret cum oleo.

Effectus otii & quietis.

Qui ceſſant ab omni exercitio vt ſunt carcere concluſi &c. eorum facies eſt cacochyma, color impurus, actiones lentæ &c, idem patet in auibus cauea concluſis.

Pars 5. De vigiliis & ſomno. De qualitate ſomni.

Primò debet eſſe placidus, non turbidus inſomniis. 2. debet eſſe profundus, vt non facilè interrumpi poſſit.

De quantitate ſomni.

Primò mediocris, non nimius, quia excrementa humida & frigida nimius accumulat: & cerebrum replet, vnde morborum copia; deinde quia cætera excremēta, vt vrinam, fæces nimis diu in corpore retinet, vnde & cerebrum grauatur, ſenſus & mens torpeſcit. Longior tamen biliosis quàm pituitoſis eſſe debet, ſenibus quàm iunioribus, & iis qui lautè viuunt,

& qui corpore aut animo plurimùm fuerunt exercitati. *Obeſis*, verò & pituitoſis vigiliæ longiores proſunt vt diſſipentur humores. Nimiæ vigiliæ cerebrum, & ſenſus debilitant, exſiccant & extenuant concoctionem impediunt, cruditatem faciunt, quia in vigiliis calor ad externa euocatur. Quoad locum & tempus, ſunt enim ſpecies quantitatis, nox eſt aptior ſomno quia propter humiditatem & frigus calorem ad interna repellit, & quia non interturbatur. Magis hyeme dormiendum, quia nox Longior & frigidior eſt. Magis in obſcuro loco dormiendum quia lux ſenſus mouet ad vigiliam. Vigiliæ diurnæ meliores, quia calore & luce diei adiuuantur. Sufficiens autem ſomnus iudicatur leuitate capitis corporis & cerebri palpebrarum, oculorum, & voluntate deiiciendi excrementa: aliàs enim ſi adhuc ſit ructus, præſertim qui aſſumptos redoleat cibos, non eſt ſufficiens.

De ſitu ſeu poſitione dormientium.

Primò alternatim in vtrumque latus decumbendum; in dextrum quidem vt

Digitized by Google

hepar, vel vt ignis ſupponatur ventriculo tanquam ollæ; in ſiniſtrum verò, vt hepar velut gallina pullis ſtomacho incubet 2. non oportet pronũ dormire, ob defluxiones, quamuis imbecillo ſtomacho aliquis poſſit incumbere, vel ſaltem ſi hoc nõ expediat poſſit puluinari molli foueri. Nõ oportet ſupinum dormire ob grauia inſomnia, ob memoriæ nocumentum & eruorum: ita enim dormientibus humiditates coaceruatim feruntur in poſteriorem partem. Altius caput & pectus ſit cæteris partibus in dormiente, ne nempe cibus orificium ſtomachi grauet, aut caput aut cętera membra ſpiritalia nimis impleantur vaporibus.

De genere dormientium. Monitum.

Quia hîc de operimentis dormientium, aliquid de ipſis & veſtibus præmittendum eſt.

Digitized by Google

De veſtibus ſeu operimentis hominum.

Veſtis omnis calefacit corpus per accidens, nempè dum fumi & vapores qui ſpirant à corpore calidi reflectuntur, ideóque veſtes rarefaciunt cutim.

Differentiæ veſtium à materia.

Veſtes vel ſunt ex mineralibus, putà auro, argento; vel ex vegetantibus, putà ex goſſipio, cannabe, lino: vel ex animalibus, ſcilicet pilis, vt veſtes laneæ, vel ex pellibus. Plus calefaciunt pelles, minus verò lintea, ſi excipias mineralia, aut tela arneorum. Pelles cuniculorum & leporũ æſtimantur maximè proportionatæ homini. Piloſa magis calefaciunt. Quæ tenui filo ſunt, rara, lata minùs calefaciunt: quæ ſimplici aquâ lauantur, cenſentur minus calefacere, quàm quæ lixiuio & ſapone. Pelles aromaticæ confortant cerebrum & cor; dormiendo gratæ ſunt. Pelles ex cholericis animalibus, plus calefaciunt & exſiccant, vt pelles vulpium; ſunt tamen & aptiores pulici-

bus. Pelles ex animalib. humidis & calidis, vt ex ouibus, licet proportionatæ ſint, pediculos tamen fouent, ſicut & lana ex mortuis animalibus. Pelles ex frigidis & ſiccis animalibus vermes rarò generant: veſtes mundæ, refrigerant: putredo enim calefacit. Cùm humidus & calidus eſt aër, veſtes ſæpe quatiendæ, ne immobilitas putredinem generet.

De operimentis dormientium.

Pluribus opus eſt quàm vigilanti, quia calor reuocatur ad centrum in ſomno, & exteriores partes frigidas efficit, præſertim cerebrum, quod etiam propter vapores aſcendentes magis frigeſit: deinde pedes quia magis diſtant à fonte caloris, magis frigeſiunt, ideò magis caput operiendum, deinde pedes, non tamen calceatis domiendum eſt, aut quibus vincta ſint crura, tibiæ &c. quia repellũtur vapores ad cerebrũ, ideóque turbidus fit ſomnus. Partes pectorales bene cooperiantur, quia facilè offenduntur à frigore, tum quòd ſemper frigidum inſpirent aërem, tum quòd oſſa habeãt frigida, quibus mu-

niantur. Hic ergo cauendum ne è directo capitis ſint ſpiracula aperta periculum enim eſt ab illo flatu.

Effectus ſomni.

Somnus calefacit profunda corporis, vt viſcera, ſiue 1. & 2. regionem: habitum verò corporis frigefacit, propter concoctionem. Excrementa omnia ceſſant præter ſudores. Diſſipatos ſpiritus reficit & recreat. In cerebro autem tantus non eſt calor, ideóque ceſſat ab actionibus animalibus. Lactucæ frigidæ conciliant ſomnum, ſed in ſenibus cum aromatibus ſunt ſumendæ.

Pars 6. *De animi perturbationibus.*

Triſtitia de re præterita ſomnum conciliat, non autem triſtitia de re futura, quia hæc cum ſolicitudine & timore fit, quæ impediunt ſomnum: item conducit illis quibus immoderatum gaudium nocuit, aut timetur ne noceat. Ira pituitoſis conducit, vt calores concoquant pituitam: item conducit frigidis, ſomno-

lentis, torpentibus. Lætitia clarum purumque efficit ſanguinem dilatando, ideóque. 3. concoctionem iuuat, imò ſomnum impedit: conducit tamen iis qui nimia temeritate quaſi furore abundant. Verecundia ictericis, pallidis, malè coloratis conducit. In gaudio cor ad anteriora, in triſtitia ad interiora præſertim mouetur, in ira ad anteriora, in timore ad interiora mouetur ſubitò: in verecundia mouetur ad vtrumque pedetentim; in anguſtia ſubitò ad vtrumque mouetur.

Pars poſtrema de excretis & retentis.

Primò de excrementis vtilibus, ſemine & menſibus: ſemen cum quantitate turget & moleſtum eſt, præſertim in iuuenibus, in ſanguineis: in pituitoſis vbi putrere incipit. His cui calore nimis confuſum, mortem, caluitiem accelerat: quid religioſis fiet? phlebotomia, vomitu, vſu frequenti lactucæ, portulacæ, &c. ſibi conſulant. Menſes ſi non tanti, non tales non ſolito tempore

fluant, iuuentur aperientibus & prouocantibus menſes.

De excrementis inutilibus 3. concoctionum.

Inter quamcunque cibationem aluus, vrina, ſudor, ſputum, ſaliua, mucus, ſternutatio procuretur. Vomitus bis terque olim in menſe adhibitus, hodie non cenſetur adhibendus iis qui frugali victu vtuntur, ſed iis quibus cibi non coquũtur aut corrumpuntur, aut plures ſunt, & iis qui firmo ſunt capite & amplo pectore. Sternutatio ieiunis facta cerebrum leuat, hebetudinem ſenſuum tollit. Sudor vel per exercitia procurandus, vel per medicamina, vel etiam balneis: balneum autem vel aëre, vel vapore ſolo calidum eſt, & dicitur Laconicum, ſiue tuba Germanorum ſeu hypocauſtum, & hoc à profundo corporis ad ſuperficiem trahit: aliud eſt aquæ aut ſimplicis, aut in qua coquantur herbæ: ſi ſit aquæ calidæ, molliter dilatat, tenuat, excrementa tollit & laſſitudines ac dolores ſedat; aqua frigida contrarium

efficit: compoſitum ex decoctis pro variis quæ incoquuntur varias habet virtutes, nunquam plethorici, nunquam cacochymi balneent niſi purgato & vacuato corpore, nec pleni cibo, aut non purgati fæcibus balneent.

Corollarium de Medicamentis ſanorum.

Aliquando natura ſanorum iuuanda eſt medicamentis, vel corrigenda, cùm vel non legitimam victus rationem ſequitur, vel propter negotia, vel propter eorum quę fieri debent ignorantiam. Sed placidis medicamentis ſeu minoratiuis ſæpius vtendum: natura enim vehementia medicamenta ferre non poteſt in ſanis: ergo Ver & Autumnus apta ſunt purgationi & phlebotomiæ, vel quidem ob bonam anni temperiem, autumnus ad præcautionem morborum. Medicamenta autem præſertim ſimplicia ſanis adhibenda, horum proprietates quiuis cognoſcat ex ſapore, colore, odore. Sapores ſunt 9. tres calidi ſeu calefacientes, acutus ſeu acer, vt in pipere; ama-

rus vt in abſinthio, ſalſus vt in ſale: 3. ſunt frigidi, acidus vt in aceto, auſterus vt in fructibus immaturis, præſertim vua, acerbus vt in galla: 3. ſunt medii, dulcis vt in ſaccaro, pinguis, vt in butyro inſipidus vt in farre, pane, farina, citrulis. Odores preſertim tres, acutus vt in alliis, cepis, & eſt calidus ſiccus, grauis & obtuſus, & violentus, & eſt frigidus humidus mediocris, vt in roſis. Colores in eiuſdem ſpeciei rebus deſtinguendi, albus ergo frigidius, rubeus aut niger calidius ſignificant.

Finis Compendii totius Medicinæ dictati à D. Iano Cæcilio FREY, Doctore Medico Pariſienſi, in gymnaſio Becodiano, anno 1622.

Exprомptum eſt hoc Compendium Medic. è Bibliotheca D. Guidonis Patini, Bellouaci, Medici Pariſ.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

Titulorum & Capitum omnium quæ hoc Libro continentur.

ANtiquiſſimæ Gallorum Philoſophiæ Ecloga. Præfatio. pag. 1.
Philoſophorum Sectæ, & antiquiſſima Barbarica, ſub qua Gallica, pag. 3.
Quotuplex Philoſophia Gallorum, p. 6.
Quonam modo docuerint Druidæ, p. 7.
In Sacrificiis & omni Medicina viſcum adhibuere Druidæ, p. 10.
De Selagine & Samolo Druidarum, p. 11.
Druidę immortalitatem animæ & metempſycoſim, & reſurrectionem quare docent, p. ead.
Colendum eſſe Deum, & quo nomine coluerint, quibuſque victimis, p. 15
Aſtrologia Druidarum, p. 17.
Druidarum Politica, p. 19.
Moralis Philoſophia Druidarum, ibid.
Phyſica Druidum, p. 23.
Mechanica, p. 26.
Miſcellanea, ibid.

Digitized by Google

Cribrum Philoſophorum, qui Ariſtotelem ſuperiore & hac ætate oppugnarunt.

Præfatio. pag.29

Cap. 1. Petrus Ramus categorias Ariſtotelis falſas, ineptas & inutiles clamans, cribratur, p.31.

Cap. 2. Campanella cœlum & elementa aſtruens ſentire, & eſſe animalia, excutitur, p.35

Cap.3. In quo Petrus Gaſſendus innumera falſiſſima, & impia Ariſtotelem protuliſſe docens cribratur, p.37.

Cap. 4. Petrus Pomponatius & Campanella aſtruentes verbis ineſſe vim Magicam in abſentes, concutiuntur, p.41.

Cap.5. Campanella in Prodromo nouæ ſuę Philoſophię reiicitur, p.43.

Cap. 6. In quo Bernardinus Teleſius & Franciſcus Patricius, aſſerentes aquam eſſe calidam, excutiuntur, p.46

Cap. 7. Franciſcus de Verulamio Anglus contraria Ariſtoteli aſſerens de longæuitate & breuitate vitæ hominum reiicitur, p.50.

Cap 8. Teleſius & Campanella aſſerentes bruta eſſe animalia rationalia, cribrantur, p.54.

Cap.9. Petrus Ramus & Laurentius Valla, improbantes diuiſionem ſubſtantiarum ventilantur, p.55.

Cap. 10. Teleſius contradictionis arguens Ariſtotelem, quòd cœlum dixerit eſſe animal, reiicitur, p.57.

Cap.11. Teleſius, Villonius aſſerentes ignem eſſe humidiſſimum & terram leuiorem aquâ, cribantur, p.58
Cap.12. Patricius, Gaſſendus & Campanella de infinitò, de vacuo, de ideis, de lineis, de Galaxia contra Ariſtotelem ſentientes, reiiciuntur. p.59.
Cap.13. Superiores Auctores & Medici de ſemine feminino contra Ariſtotelem, reiiciuntur, p.65.
Cap.14. Iidem Auctores Philoſophi de ſpeciebus, de infinito, de interuallo, de ſummo terræ frigore, reiiciuntur, p.64.
Cap.15. Patricius & Gaſſendus impiam omnem & falſam de Deo doctrinam Ariſtotelicam aſſerentes, cribrantur, p.67.
Cap.16. Ramus, Ludius, Patricius Gaſſendus reiiciuntur, aſſerentes nullum Peripateticorum vſum Dialectices nouiſſe, p.73.
Cap.17. Villonii Theſes, & cum eo ipſo Clauius, Garaſſus, & Baſſonus, cribrantur. p.76.

De Vniuerſo Propoſitiones curioſiores breuiter expoſita. *p.90.*
Propoſitio I. in quatuor mundis eadem reperiri, ibid.
Cap. 2. ſeu Propoſitio 2. de ſiluis ſubterraneis & carbunculis, & hominibus plumbeis, nigris & viridibus, p.95.
Propoſitio 3. de Gigantibus & Pygmæis, Dæmo-

nibus metallicis, de Feis, ſeu Fatuis, p. 102.
Propoſit. 4. de lucernis ardentibus in ſepulchris, aliquot centenos annos etiam patrum memoriâ, præſertim in Italia repertis, p. 109.
Propoſit. 5. de diluuiis ignis & aquarum, & de cõmutatione terræ & aquarum, id eſt, vbi iam eſt terra, fuiſſe aquam, & è contra in pleriſque locis, p. 116.
Propoſitio 6. de Nymphis, Faunis, Syrenibus & hominibus in aqua ægrotantibus, & aliis in aqua viuentibus, in terra ſtatim ſanandis, & aliis animalibus ad occaſum verum morientibus, p. 123.

Coſmographiæ ſelectiora. Præfatio. *p.* 131

Cap. 1. 12. mundi qui apud Authores occurrunt p. 132.
Cap. 2. de anteriori, ſuperiori, dextra parte mundi, & quibuſdam proprietatibus Phyſicè, p 135.
Cap. 3. de duratione mundi, p. 148
Cap. 4. Mundus eſt tria & in quouis quoduis eſt, p. 155.
Cap. 5. Deus eſt gubernator mundi, p. 165.
Cap. 6. de Aſtrologo, Globo, Sphæra, Orbe & Circulo, p. 170.
Cap. 7. de Stellis & Planetis, p. 186
Cap. 8. de Planetis particularia quædam, p. 202.
Cap. 9. de admirandis motibus maris, aëris, ignis, terræ, cœlorum, p. 218
Cap. 10. de viuentibus in terra repertis. pag. 233

Cap.11. de diuiſione mundi cœleſtis & terreſtris in circulos, & primùm de Æquatore, p.243.
Cap.12. de circulo ſignifero, p.249
Cap.13. de Meridiano, ſeu aureo orbe, p.255
Cap.14. de circulo finitore, Tropicis & Polaribus, p.260.
Cap.15. de 18. cœlorum motibus, p.264
Cap.16. de Climatibus, ſiue ſcalis dierum, p.270
Cap.17. de Ventis, p.279
Cap.18. de locis maritimis, paluſtribus, aliiſque, & quid in homine efficiant, p.285
Cap.19. de Aquis, præſertim de mari & fluuiis, p.290.
Cap.20. Diuiſio orbis terrarum, & primò de Europa, p.299
Cap.21. de Africa: p.306
Cap.22. de Aſia, p.310
Cap. poſtremum, de America, p.315

Dialectica veterum præceptis ad expeditam verum notitiam vtiliſsimis inſtructa.

Præfatio, p.324.

Cap.1. An diſcendum, eſt quid, & quomodo pueris & adoleſcentibus, p.325
Cap.2. Præcepta memoriæ firmandæ, p.334
Cap.3. de Artibus & ſcientiis contrahendis, p.342
Cap.4. Qua ratione ex tempore de hominis moribus iudicare poſſis, de quouis termino ſyllogiſmos in quatuor figuris efficere, de quouis termino oratione continua diſſerere, p.346

L

Cap.5. Præcepta imitandi Auctores & reſoluendi, p.350
Cap.6. de locis communibus inſtituendis ex præceptis Artis, p.353
Cap.7. Prædicamentum vſus, vel in differendo, vel in locis communibus, vel in ſcribendis libris, p.357.
Cap.8 Præcepta continét ordinandi Bibliothecas, iiſque cum fructu vtendi, p.360
Cap.9. Primum præceptum, variâ loquelâ loquendi, p.364
Cap.10. Continens præceptum methodo Ariſtotelica ex tempore argumentandi, p.366
Cap.11. Quid & quomodo Regibus, Principibus, Conſiliariis Regni, iiſque qui Rempublicam adminiſtrant ſtudendum, p.369
Cap.12. Quomodo viro docto, & quid ſtudendum, p.702
Cap.13. per Prædicamenta Pythagorica differendi præceptum, p.703
Cap.14. Præcepta continens parabolarum & fabularum, p.375
Cap.15. Præcepta diuiſionis methodo Ariſtotelica & Ramæa, p.377
Cap.16. Continens præcepta perſuadendi extemporanea, p.379
Cap.17. Præcepta perſuadendi ordine Alphabetico, continens aliquid eſſe melius alio, p.380
Cap.18. Loci Dialectici redacti in ordinem, hactenùs incogniti, p.383
Cap.19. continet quam plurimas eiuſdem rei definitiones aut deſcriptiones, p.385
Cap.vlt. continet Artis Lullianæ vſum in locis

communibus, oratione continua, & in diſputando, p.387
Epilogus, p.390.

Compendium Medicinæ. p.393.

Prolegomena, nomen, ibid.
Nomina & ſignificatus Medicinæ & Medici, p.394
Eſt ne aliqua Ars Medicinæ, p.395
Quæ eſt materia, ſeu obiectum Medicinæ? p.397
Forma, ibid.
Efficiens Medicinę, p.398
Finis Medicinæ, ibid.
Quod officium Medici, ibid.
Quid Medicina. p.399
Quot ſunt Medicinæ partes, p.400
Medicinę vetens & exactiſſima Partitio, p.403
Phyſiologia. Quid illa ſit, p.404
Quot ſunt res naturales, ibid.
Pars 1. de Elementis. Cuius eſt tractare de illis. p.405.
Quid Elementum, ibid.
Quod ſunt Elementa, p.406
De Igne, ibid.
De Aëre, p.407
De Aqua, ibid.
De Terra, p.408
Qualia Elementa, ſunt miſcibilia inter ſe, &c. quomodo, ibid.
Pars 2. de Temperamentis. Nomen, p.410
Quotuplex temperamentum. Diuiſio prima, ibid.
qui iudex temperamentorum, & quomodo, p.412

Quis index temperamentorum, ibid.
Quæ temperamenta partium, humorum, temporum, p.413
quotuplex humor, p.414
De excrementitiis humoribus, p.416
De menſtruis, ibid.
De ſemine, p.417
De excrementitiis humoribus ob qualitatē, p.418
De vtilibus, felle, limo ſero, ibid.
De inutilibus, p.419
Monitum, p.420
Pars 4. de ſpiritibus, ibid.
Quod ſunt ſpiritus, p.421
Diſtinctio horum ſpirituum, p.422
De calido innato. p.423
De partibus, pars 5. Nomina, p.424
Significationes partis, ibid.
quid eſt pars, p.425
quotuplex pars propriè, p. 426
quod ſunt partes ſimilares, ibid.
De oſſibus, p. 427
De Cartilagine, ibid.
Ligamentum & Teudo, p.428
De membrana & cute, ibid.
De Fibris, p.429
De carne, pinguedine & adipe, p.ibid.
De partibus compoſitis, ſeu inſtrumentariis, p.430
De inſtrumentariis partibus 1. generis, ibid.
De inſtrumentis 2. generis, p.432
De inſtrumentis 3. generis, ibid.
De inſtrumentis 4. generis, ibid.
Pars poſtrema de facultatibus & actionibus naturalibus hominis. Methodus, p.433

Quid anima, ead.
Quid anima humana, p. 434
Quid facultas, ibid.
Quotuplex facultas animæ noſtre, ibid.
Diſtinguuntur us facultates ſedibus & ſubiectis, ibid.
De naturali ſeu vegetante facultate, & eius functionibus. Quid illa, p. 435
Quotuplex naturalis, ibid.
De potentia altrice. Quid illa, ibid.
Quot ſunt miniſtræ facultates Altricis, ibidem.
De facultate Auctrice, p. 437
De potentia generatrice. Significatio, p. 438
Quid potentia generatrix, ibid.
Materia generatricis, ſcilicet ſemen, p. 439
Quæ miniſtræ generatricis, p. 440
Quibus abſoluitur generatio, ibid.
Generatio, ibid.
Conceptio, p. 441
Conformatio, ibid.
Partibus, ſiue excluſio, p. 443
De facultate vitali. Quid & quotuplex vita, ibid.
Quid & quotuplex facultas vitalis, p. 444
De facultate animali. Quid illa, ibid.
De ſentiente, p. 445
De Potentia appetente, p. 446
De Potentia mouente, ibid.
De intellectu & voluntate, p. 447
Pathologia. Quid illa, p. 448
Quæ inſalubria, ibid.
Quotuplex Pathologia, ibid.
Partes Pathologiæ contemplantis, ibid.
Pars generalis de Morbis. Nomina, p. 449

Digitized by Google

Quid Morbus, ibid.
Quæ eſt cauſa materialis morbi, ſeu ſubiectum, 450.
Quotuplex morbus ratione ſubiecti, ibid.
Quæ eſt formalis cauſa morbi, ibid.
Quæ cauſa finalis morbi, p. 451
Quæ eſt cauſa efficiens morborum, ibid.
Qualis morbus, p. 452
Quid ſymptoma, p. 453
Quotuplex ſymptoma, ibid.
Significatio & diuerſitas ſigni, ibid.
Quid ſignum inſalubre, p. 454
Quotuplex ſignum inſalubre, ibid.
quotuplex vtrumque ſignum, ibid.
Species & differentiæ morborum, p. 455
Species morbi ſimilaris, ibid.
Species morbi organici, p. 456
Species morbi communis, p. 457
Species accidentales morborum diuiſio. 1. ibi.
Diuiſio 2. ibid.
Diuiſio 3. p. 458
Species & differentiæ cauſarum externarum & euidentium, p. 459
De Cœlo, ibid.
De Elementis, potiſſimum Aere, ibid.
De Alimentis, p. 460
De excretis & retentis, p. 461
De motu & quiete, p. 462
De vigilia & ſomno, ibid.
De paſſionibus animi, p. 463
Species cauſarum internarum, ibid.
Species cauſarum morbi ſingularis & organici, p. 464.

Digitized by Google

Species cauſarum morbi communis, ibid.
Cauſæ ſymptomatum, p.465
Species & cauſæ ſignorum. De ſignis diagnoſticis, ibid.
De Prognoſticis ſignis, p.466
Signa diagnoſtica partis & morbi, p 467
Signa diagnoſtica cauſæ externæ, ibid.
Signa diagnoſtica cauſæ continentis, p.468
Signa diagnoſtica cauſæ antecedentis, ibid.
Signa diagnoſtica pituitæ, p.472
Signa diagnoſtica flatus, ibid.
De ſignis prognoſticis ſigna prognoſtica mortis, p.478.
De ſignis criticis. Quot modis ſoluuntur morbi, ibid.
Quid ſigna critica, ibid.
quid criſis, p.474
quotuplex criſis, ibid.
qui & quales ſunt dies in morbis, p.475
De ſignis antecedentibus criſim, ibid.
De ſignis comitantibus criſim, p.476
De ſignis ſequentibus criſim, p.477
De ſignis ſphygmicis, ſiue ex pulſu. Quid pulſus, ibid.
Quotuplex pulſus & quid ſignificat, p.478
De pulſibus abſolutè ſpectatis, ibidem.
De pulſibus comparatis, & quid ſignificent, p.479.
Scatomantia, ſiúe ſigna ex fœcibus, ſeu excrementis 1. coctionis. 1. ex ſubſtantia fæcum, p.480.
2. Signa à quantitate fæcum, p.482

3. Signa à qualitate & coloribus, ibid.
A ſono, p. 483.
Ab odore, ibid.
A viſu tactúque, p. 484.
Signa à modo, ibid.
De ſignis ex ſudoribus ſiue hydromantia. Quotuplex ſudor? ibid.
quid generaliter ſignificant ſudores? p. 485
Signa ſudoris à ſubſtantia, ibid.
Signa à quantitate, ibid.
Signa à qualitate, p. 486
Signa à modo, p. 487
De lachrymis ſeu lachrymarum ſignis, p. 488
Signa à ſubſtantia, ibid.
Signa à quantitate, ibid.
Signa à qualitate, ibid.
Signa & ſaliua & ſputo, p. 489
De ſaliua à ſubſtantia, ibid.
A quantitate, p. 490
A qualitate, ibid.
Modus, p. 491
De ſputo, ibid.
Signa ex mucis, p. 492
Signa ex ſordibus aurium, p. 493
Ouromantia ſeu ſigna ex vrinis, ibid.
A ſubſtantia ibid.
Signa à contentis in vrina, p. 494
A quantitate, p. 495
A qualitate, ibid.
De humoribus inutilibus non naturalibus, p. 496.
Hygieine ſiue Diætetica. quid illas, p. 497.

INDEX.

quid & quotuplex non-naturale, ibid.
quotuplex ſalubre, ibid.
quotuplex hygieine, p. 498
Cur ſanitati neceſſaria aër, potus & cibus. ibid.
Pars 1. de aere, quoad ſubſtantiam, ibid.
quoad qualitatem, ibid.
quoad quantitatem & modum. p. 500
Pars 2. de Potu, ibid.
De Aqua. p. 501
qualitates aquæ, ibid.
Differentiæ aquarum, p. 502
De Vino, p. 503.
De Potu mixto, p. 504
Pars 3. de Cibo. quæ genera ciborum, ibid.
De ſubſtantia cibi, p. 505
Cibus à qualitate, p. 507
A quantitate, p. 508
Ordo, p. 509
Pars 4. de exercitio & otio, ſeu motu & quiete.
Significatio duplex & nomina. ibid.
quid exercitium, & diſtinctio à motu & labore p. 510.
qualitas exercitii. 1. quotuplex. ibid.
Exercitia à motu alieno, p. 512
2. à qualitate ſecundum effectu, ibid.
Exercitia quoad quantitatem, p. 513
Effectus otii & quietis, p. 514
Pars 5. de vigiliis & ſomno. De qualitate ſomni, ibidem.
De quantitate ſomni, ibidem.
De ſitu ſeu poſitione dormientium, p. 515
De genere dormientium. Monitum, p. 516

INDEX.

De veſtibus ſeu operimentis hominum, p.517
Differentiæ veſtium à materia, ibid.
De operimentis dormientium, p.518
Effectus ſomni, p.519
Pars 6. De animi perturbationibus, ibid.
Pars poſtrema de excretis & retentis: p.520
De excrementis inutilibus 3. concoctionum, p. 521.
Corollarium de Medicamentis ſanorum, p.522.

FIN.

Digitized by Google

Præcipua errata ſic emendato quæ ſi grauiter feras & literas, commata vel puncta deſiderari vbi virgulæ notantur aut è contra vel inuerti motos cimpone fluctus quoad ipſemet typis aliquid mandaris.

PAg. 9 lin. penult. lege rectius Einardus vel Eghinardus. fuit Caroli Magni Capellanus, apprimè doctus & in humanioribus literis & arte Poëtica verſatiſſimus. p 17. l. 22. leg. conſecratam. p. 20. l. 1. leg. Remp. p 23. l. 10. leg. ad naturam potius &c. p. 32. l. 2. dele de p 34. l 5. leg. ſentientium. ibid. l. 16. le. animal ibid. l. 24. l. frigore. p. 38. l. 1. l omnis homo eſt animal. p. 47. l 6. l. terreſtre. p 67. l. vnde iſti p. 69 l. 10. l. monitum. p. 77 l. 10. l. de feudi. p. 82. l. 14. l. excreſcet. p 84. l. 4. l. nullâ p. 86. l 13 l. mediocres. p. 95. l. penult. l. aſphaltite. p 96. l 9. vbi enim, repone tantum. p. 101. l. 8. l. ſic caryophyll p. 113. l. 1. l num. p 115. l. 9. l. albeſto. 144. l. 5. l. tropicis. p. 151. l. 12. l. Plours. p. 155. l. 15. vbi & leg. vt. 160. l 8. l. imum. p. 162. l. 2. l. Carolus. 163. l 14. l terra. ibid. l. 25. l. fuerunt. p. 166. l. 5. dele qui. & ibid. l. 6. punctum p. 169. l. 13. l. extingui, p. 191 l. 18. l. hieroglyphicis p. 195. l. 2. l. vrit p 1 7. l. 10 l Syderibus. ibid. l 1(. l ſtellas. p. 209. l. 3. l. eſto p. 219. l. 8 l aliis p. 220. l. 9 vbi proprium, reſtitue principium. p. 222. l. 19. l. referente p 127 l 9. l. chamæleon p 244. l 9. lege aut p. 262. l 2 l Pariſii. p. 271. l. 21. lege Sinarum regio. ibid. l. 25, l, Dia-Syenes. p. 272. l. 2 leg. Syene vel ſic cum Cluuerio ibid l. 26 l Dia-Alexandrias, p 273. l. 21. l. Cyrenen. p. 274. l 8 l. 00000. millia ibid. l. 12 lege ſemel Moskvua. 278 l. 1. l. linguis, ibid. l. 19. l. contra per, p. 280 l. 16. l. Solis p, 284, l. 13, lege ſtylus, p, 289, l, 19, leg, Syluarum, ibid, l, 20, Syluas & 22, ſylua, p, 290. l, 12, l, calida, p. 293, l, 5, leg. Papirius ibid, l, 15. li, vnde, p. 294 l, 3. legum alii mech, p, 296, l, 3,

Catalaunicis, p, 306, penult. lin, lege *φείκη*. p, 308. l, 7, leg, omnes ibid, l, 2, l, fæcundant ibid, l, 20, leg, Biledelgerid Numidiam & Sarram & ibid, l, 21, Libyam ibid generalis p, 309, l, 4, leg, Principum ibid, l, 13, leg, Pantheon, p, 312, l, 25, l, Sumatra p, 313, l, 15, l. chimœra, p, 316, l, 24, l, venturam ibid, l, 26, l, diſſecaret. p, 317, l, 1, mactaret, p, 317, l, 21, l, ô impudentiam & dele C, p, 342, l. 2, l, Hippocrates, ib, l, 17, videantur, p, 340, l, 11, l, litera, p, 344, l, 12. l. faciliùs. p, 345, l, 2, lege hi, p, 354, l. 2, l, liber, ibid. mechanicarum: p. 358, l, 6, l, obiecta, p, 361, l, 10, l, impugnatores 362. l, miſcellanea. 361, l, 12, l, partiaris ibid. l, 16. l, tantum 365, l. 6, l conſpiciunt p, 370, l. 18, l, quantum neceſſarium ſit, p. 372, l, 18, l, inde, ibid, poſtr, l, acci- p, 375. l, 19, l, ſcribere, p, 400, l, 4, dele & id lege 1, p, 420, l, 5, l, incorporea p, 453, l, 16, l fine p. 466, l, 16, l, marceſcat ibid, l, 22, *ὀνειροπολητικά* pag. 492, l, 10, l, colliquante.

Digitized by Google

Priuilege du Roy.

LE Roy par ſes lettres patētes donnees à Paris le 10. iour de Feurier 1639. ſignees Macharel, & ſeellees du Grand ſceau de cire iaune, a permis au ſieur Baleſdens Aduocat aux Conſeils de ſa Maieſté &c. de faire imprimer par qui bon luy ſemblera les Oeuures entieres ou ſeparees, tant celles, qui ont eſtè cy-deuant imprimees, que celles qu'il a en bon nombre par deuers luy en manuſcript, de feu Maiſtre Iean Cecile Frey Docteur en Medecine & Doyen des Profeſſeurs de Philoſophie en l'Vniuerſité de Paris, & deffences ſont faites à toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoit, d'imprimer vendre & debiter leſdictes Oeuures ſeparement ou conioinctement ſans le congé dudit ſieur Baleſdens, pendant le temps & eſpace de neuf ans, à compter du iour que le liure ſera acheué d'imprimer, à peine de trois mil liures d'amende, de confiſcation des exemplaires contrefaits, ainſi qu'il eſt plus à plein contenu eſdites lettres.

Et ledit ſieur Baleſdens a cedé & tranſporté ſondit Priuilege pour les Opuſcules dudit ſieur Frey, aux ſieurs Geſſelin & Dauid Marchands Libraires à Paris pour en iouir ſuiuant leur accord.

Acheué d'imprimer le 9. Ianuier 1646.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google